

BIBLIOTHECA GRÆCA

VIRO RUM DOCTORUM OPERA RECOGNITA
ET COMMENTARIIS INSTRUCTA

CURANTIBUS

FRIDERICO IACOBS

ET

VAL. CHR. FR. ROST.

B.

SCRIPTORUM ORAT. PEDESTRIS

VOL. XI. SECT. III.

CONTINENS

PLATONIS DIALOGOS SELECTOS.

ED.

GODOFREDUS STALLBAUM.



GOTHÆ,

SUMTIBUS BERNH. HENNINGS.

MDCCCLII.

PLATONIS

OPERA OMNIA.

RECENSUIT ET COMMENTARIIS INSTRUXIT

GODOFREDUS STALLBAUM.

VOL. I. SECT. III.

CONTINENS

SYMPOSIUM.

EDITIO TERTIA AUCTION ET EMENDATIO.



GOTHÆ,

SUMTIBUS BERNH. HENNINGS.

MDCCCLII.

III. A 73

TV 5A
48

17
84
V

PLATONIS
OPERA OMNIA

1781.10.9

67A. III

PLATONIS
SYMPOSIUM.

RECENSUIT,
PROLEGOMENIS ET COMMENTARIIS INSTRUXIT
GODOFREDUS STALLBAUM.

EDITIO TERTIA MULTIS PARTIBUS AUCTION
ET EMENDATIO.

GOTÆ,
SUMTIBUS BERNH. HENNINGS.
MDCCCLII.

PROLEGOMENA

AD

SYMPOSIUM.

Symposium Platonis habendum esse in praestantissimis veteris eloquentiae et philosophiae quae aetatem tulerunt monumentis una est et consentiens vox hominum eruditissimorum. Nec profecto iniuria. Nam sive spectamus orationis elegantiam ac venustatem in eo eminentem, nemo certe erit, quin plurimum voluptatis percipiat ex facilitate, perspicuitate, urbanitate, festivitate, ironia denique illa, quae per totum librum regnat et per omnes eius partes ita diffusa est, ut in summa rerum varietate nihil ineptum sit, nihil frigidum, omnia habeant nativam quandam veneris atque gratiae delectationem; sive consideramus rerum in eo tractatarum delectum, ordinem atque expositionem, quid tandem suavius aut iucundius fingi potest personarum colloquuntium actionisque varietate illa ac dispositione, quae tantam in hoc libro habet verisimilitudinem, ut non solum loquentium ingenia et mores ad ipsam vitae veritatem expressi videantur, sed etiam ea, quae dicuntur atque aguntur, tam eleganti iudicio inter se nexa sint et copulata, ut inter legendum tibi videaris comico alicui dramati interesse? sive denique argumenti, de quo disseritur, gravitatem atque dignitatem respicimus, quis est, quin eam maximam esse fateatur, quandoquidem disputatur de amore atque pulcro, cui Platonem do-

Plat. Opp. Vol. I. Sect. III. *

cuisse constat arctissimam cum vero atque bono intercedere necessitudinem? Sed quemadmodum de operis praestantia et virtutibus consentiunt omnes, qui quidem aliquo pulcri venustique sensu pollent, ita de argumento eius atque proposito hominum doctorum sententiae vehementer inter se discrepant. Quorum varia ac diversa iudicia quoniam partim infra loco opportuniore referentur, partim nuper exposita sunt a Susemihlio in Philologo Schneidewini Vol. VI. Fasc. II. p. 177 sqq., nolumus hic de mira ista ac prope incredibili opinionum dissensione explicare copiosius. Propositum enim nunc id unum est, ut ante omnia nostram ipsorum de re maxime controversa sententiam patefaciamus. Quod quidem ita facere animum induximus, ut primum summam dialogi paucis referamus, deinde vero de scripti fine et consilio exponamus. Quo facto etiam de aliis quibusdam rebus admonebimus ad eius rationes aestimandas et iudicandas, ut speramus, haud inutilibus futuris. Et in argumento quidem libri enarrando ducem sequemur Wytttenbachium, qui Bibl. Crit. Vol. I. P. I. p. 35 sqq. libri materiam eleganter in brevius contraxit, hoc tamen adhibito temperamento, ut, si quid a viro egregio praetermissum sit, quod mentione dignum videatur, id eius verbis interseramus vel adiciamus. Est igitur libri summa haec.

Ducit Apollodorus, qui familiaribus omnia haec narasse dicitur, initium narrationis ab Aristodemo, qui Socrati, praeter consuetudinem lauto calceatoque, obviam veniens eum interrogat, unde tam elegans repente exstiterit*). Ad Agathonem, inquit Socrates, profici-

*) Ita Wytttenbachius, obscurius paullo atque insto brevius. Itaque iuvabit rem dilucidius enarravisse. Est igitur initium libri hoc. Apollodorus, fidelissimus Socratis amicus atque assectator (p. 173. D. E.), dum familiaribus suis narraturus est de convivio ab Agathone, iuvene poeta tragico, propter victoriam, quam prima fabula in certamen commissa reportaverat, quondam celebrato, cui quum multi alii, tum etiam Socrates et Alcibiades interfuerint, sese fatetur ad eam rem non imparatum vel inexercitatum accedere. Nam nuper demum ita accidisse, ut, quum e Phalero in urbem proficisceretur, a Glaucone, qui de illo convivio aliquid a Phoenice, Philippi filio, comperisset, eo nomine compellatus adeoque enixus rogatus precibus sit, ut omnem rem diligentius exponeret. Illum nimirum falso putavisse, semet ipsum quoque epulis illis olim interfuisse, adeoque ignoravisse, quod tamen in vulgus notum sit, Agathonem iam dudum relictis Athenis peregre morari ideoque fieri non po-

scor, invitatus ad convivium; nam heri, quum victoriae suae tragicæ festum celebraret, nolui convivarum multitudini me immiscere; quare promisi ei hodie ad coenam, atque ita me ornavi, ut elegans ad elegantem

tuisse, ut ipse tum cum Socrate congregaretur, quippe cuius familiaritate nondum per integrum biennium utatur. Ex quo clarissime intelligitur Glaucodem istum rerum tum Athenis gestarum minus fuisse curiosum. Atque idem videtur etiam a philosophia fuisse alienior, quandoquidem Apollodorus ei iocose vertit opprobrio, quod omnia alia malit quam philosophiae studium curare; de qua re v. p. 173. A. Addit deinde Apollodorus Agathonis convivium in ea incidisse tempora, quibus ipse adhuc fuerit puerulus, quandoquidem illud celebratum sit, quum Agatho prima tragoedia in certamen commissa victoriae praemium reportaverit. Ex quibus verbis apparet, quando convivium, de quo narratur, revera fuerit institutum, quippe quum memoriae prodiderit Athenaeus Lib. V. p. 217. C. ed. Casaub. et incertus Olympiadum scriptor ad Olymp. XC. 4. Agathonem primum in tragicarum fabularum commissione archonte Euphemo Olymp. XC. 4. in Lenaeis reportasse victoriam. Ex quo profecto sequitur, ut eodem tempore habitum sit convivium, de quo Plato in libro cognomine exposuit. Quamquam fidem Athenaei suspiciosior aliquis facile ideo in dubitationem vocaverit, quod grammaticus iste saeculi tertii post Chr. n. definire adeo ausus est, quot numero conviviae epulis illis interfuerint. Putat enim affuisse convivas duodetriginta. At enim vero confusus ille hac re videtur auctoribus, qui usi essent fontibus antiquioribus. Accedit etiam consensus alterius chronologi, qui certe sua non videtur ex uno Athenaeo hausisse. Itaque in ea sumus sententia, ut Athenaei testimonio cum Fr. A. Wolfio aliisque confidendum esse arbitremur, praesertim quum illo tempore etiam omnes, qui convivio interfuisse finguntur, ne Alcibiade quidem excepto, Athenis versari potuerint. Iam vero tempus habitus colloqui facile apparet distinguendum esse ab eo tempore, quo Apollodorus de illo narravit familiaribus. Et hoc quidem ille sese affirmat fecisse bis, quandoquidem primum rem exposuerit Glauconi, paullo post autem eandem narraverit iis, qui apud Platonem ipsum audiunt verba facientem. Quod quando factum sit, item certius definiri potest. Meminit enim Apollodorus apud Platonem Socratis ita, ut hunc appareat tum adhuc in vivis fuisse. Nam cap. V. haec dicit: ἀφ' οὗ δ' ἐγὼ — Σωκράτει συνδιατρίβω, οὐδέπω τρία ἔτη ἔστιν. Ex quo sequitur, ut narratio hominis ante Olymp. XCV. 1. facta esse putanda sit, quo anno Socratem supplicio affectum esse constat. Itaque clarissime intelligitur Apollodorum quae narret intra Olymp. XC. 4. et Olymp. XCV. 1. retulisse putari oportere. Sed potest tempus narrationis etiam aliquanto constitui accuratius. Nam quum Apollodorus apud Platonem p. 173. A. sese fateatur, quo tempore Agathonis convivium celebratum sit, adhuc fuisse puerulum, sponte intelligitur eum postea demum, aliquanto factum adultiorem, rem cum familiaribus communicavisse, ut non multum falli videamur, si cum statuamus non ita multo

venirem; sed vin' tu mecum, quanquam non invitatus, ad eius coenam venire? Ego vero, inquit, ut tibi videtur. Igitur simul procedunt. Sed quum intraret aedes Aristodemus, solum se videt relictum; Socrates nusquam apparet; substiterat enim in via, qui eius erat mos, cogitationi intentus. Postea venit et ad Agathonem consedit. Convivae coena peracta libant, paeanem canunt, ad potum se conferunt *).

Ibi Pausanias [interior ille scilicet Agathonis amicus; v. Symp. p. 193. B. coll. Protag. 315. D. E. Xen. Symp. VIII. 30.] eiusmodi sermonis initium iniecit, quo convivas moneret, ut viderent, qua ratione suavissime biberent: ego enim, inquit, potius ex hesterno potu requiem quam nova pocula quaero. Hoc consilium reliqui probant; convenit inter eos, ut doctis potius sermonibus quam vino peragatur convivium. Suscipit sermonem

ante obitum Socratis haec exposuisse. Atque hoc etiam ex eo fit verisimillimum, quod Agatho poeta ab eo dicitur nunc ipsum peregre versari, quem certum est Olymp. XCII. 3., quo anno Aristophanis Thesmophoriazusae acta est, usque Athenis commoratum esse. Iam vero Agatho Olymp. XCIV. extrema diem supremum obiit, id quod Ritschelius De Vita Agathonis argumentis probabilibus demonstravit. Itaque consentaneum est narrationem Apollodori in tempus inter Olymp. XCII. 3. et Olymp. XCIV. 4. interiectum incidisse. Quanquam eam propter illam quam paulo ante attulimus causam verisimillimum est ad Olympiadis XCIV. exitum referendam esse. Scite igitur atque sollerter Plato rei narrationem in illud contulit tempus, quo Socrati vel maxime odium et invidia inde fuit conflata, quod quum alios iuvenes, tum imprimis Alcibiadem consuetudine sua corrupisset. Cuius rei ratio cognito demum planeque intellectu universi libri argumento penitus perspicitur. Atque indidem etiam intelligi poterit, cur ipsum convivium iam ante multum tempus habitum fingatur. Sed revertamur aliquando rursus ad ipsum Symposii exordium. Narrat igitur Apollodorus sese etiam illud a Glaucone interrogatum esse, unde rem accepisset. Cui se respondisse, notitiam illius acceptam referri Aristodemo; hunc enim illam sibi impertire potuisse utpote hominem Socratis studiosissimum (p. 173. B.), partem tamen narrationis etiam ipsi Socrati debere a se de his rebus identidem interrogato. Quae quorsum spectent, nemini cuiquam dubium fore putamus. Valent enim ad augendam confirmandamque rerum verisimilitudinem, efficiuntque, ut credibilia videantur tum reliqua omnia, tum imprimis ea, quae infra de Socrate et Alcibiade narrantur. Itaque Apollodorus sese ait de his rebus convivalibus ab Aristodemo acceptis iam tanto lubentius expositurum esse, quod nuper demum Glauconi de iisdem narraverit, atque eas ita narrat, ut omnia ad Aristodemum auctorem referat.

*) usque ad p. 176. A.

Eryximachus medicus, eumque rationibus ex arte sua depromptis confirmat, atque auctor [de sententia Phaedri] est reliquis, ut singuli deinceps oratione laudes Amoris celebrent. Dimittitur tibicina *).

Primus de Amore dicit Phaedrus [utpote primarius consilii auctor], eumque Hesiodo Parmenideque auctoribus deorum omnium antiquissimum esse ostendit, et multis ex veteri historia propositis exemplis probat eius divinam esse vim ad hominum animos ad omnem virtutem incitandos **) [quandoquidem amantium animis ingeneret honestam verecundiam, praestantissimarum virtutum parentem].

Secundus [post alios scilicet, quorum orationes Aristodemus transmisit silentio] est Pausanias, vir in primis ἐρωτικὸς et amator Agathonis. Hic reprehendit Phaedrum, quod simpliciter laudaverit Amorem, ac si unicus tantum esset Amor. Verum, inquit, ut duplex est Venus, altera coelestis, altera vulgaris, ita duplex est Amor, alter coelestis, vulgaris alter. Atque natura etiam humanarum actionum talis est, ut nulla in se ipsa sit vel turpis vel honesta. — Sed Athenienses et Lacedaemonii reliquas gentes quum aliarum legum sapientia vincunt, tum earum maxime, quae de Amore sunt. Nam apud Persas et Graecos, qui horum imperio subiecti sunt, turpis habetur puerorum amor, quod tyrannidi maxime est infestus. Apud Boeotos et Eleos contra impunita eius est licentia. Apud nos vero et Lacedaemonios leges eum nec permittunt simpliciter nec vetant, sed cautionibus et certa ratione circumscribunt. Itaque Amor, si ex mentis pulcritudine et virtutis studio suscipitur, laudatur; si vero ad corporis formam refertur, magna et amatoris et amati ignominia a legibus notatur ***).

Proximus ei est Aristophanes; sed dicendi provincia, quae ordine ad eum venerat, quominus fungatur, prohibetur singultu, ex nimio cibo potuque vel alia causa orto. Itaque ad proximum se convertit Eryximachum medicum, ab eoque postulat, ut vel a singultu ipsum liberet vel pro se dicendi provinciam suscipiat. Ego vero, inquit Eryximachus, utrumque faciam: nam et

*) usque ad p. 178. A.

**) p. 178. A — 180. C.

***) p. 180. C — 185. C.

nunc ego tuo tempore dicam, tu postea meo; et auctor tibi sum, ut spiritum aliquamdiu cohibeas vel fauces aqua perluas vel nares titillando sternuas, quo singultus tibi cesset. Orationem autem eiusmodi habet Eryximachus*).

Bene quidem mihi videtur, inquit, Pausanias duo Amoris genera fecisse, sed illud in eius oratione desidero, quod imperio Amoris solas mentes humanas subiecit. Eius vero vis tam late patet, ut omnem et animorum et corporum naturam complectatur. Quod quidem quum aliunde multis partibus, tum ex nostra medica arte deprehendisse mihi videor. Nam ut animi duplici amore trahuntur, coelesti et vulgari, ita et corpora nostra duplici voluptate ducuntur, altera sana, altera morbida: illam confirmat nostra ars, hanc expellit. Medicinae enim hoc est propositum, ut rerum sanarum cupidinem corpori inferat et res contrarias in concordiam redigat, repletionem et evacuationem, calorem et frigus, siccitatem et humiditatem. Idem est finis idemque officium aliarum artium, gymnasticae, agriculturae, musicae; idem religionis et divinationis, quibus deorum hominumque communio efficitur et continetur, et inter utrumque genus iustus amor conciliatur ac servatur**).

Hic quum finem fecisset, Aristophanes repositas dicendi partes suscipit, cuius tota oratio comica est et in ridiculo consumitur [quamquam ei hoc est propositum, quod sane grave est atque plenum severitatis, ut amorem ab nativo quodam indigentiae sensu repetendum esse statuatur]. Antiquitus enim, inquit, alia, ac nunc est, hominum erat natura: nam et singuli homines non simplex habebant corpus, sed geminum, ex duobus corporibus coneretur, et sexus erat triplex, marum mulierumque generi addito tertio ἀνδρογύνῃ, ex ambobus commixto. Forma igitur cuiusque hominis erat ista, ut duobus corporibus coniunctis dorsa extra verterentur, unum esset caput, eiusque vultus aversi duo; motus talis, ut non current, sed quattuor pedibus brachiisque volutarent se mira velocitate. Sed quum pro corporum robore magnos elatosque spiritus gererent, deosque ipsos aggredierentur, Iuppiter deorum concilium convocat, quaerit, quid agendum sit, utrum exstirpandi sint homines,

*) p. 185. C — E.

***) p. 186. A — 188. E.

an alia ratione puniendi et coercendi. Diis trepidantibus dubiisque, optima tandem sententia ipsi Iovi in mentem venit; dissecat homines singulos in duo corpora, quae formanda sanandaque Apollini tradit. Hic pellem, ut contractas crumenas, in ventrem colligat ad umbilicum, vultum etiam in hanc partem vertit, ut semper huius poenae monumentum in promptu haberent. Sed dissectis ita hominibus, quilibet alteram sui partem quaerebat, et complexi se invicem, aliarum omnium rerum obliti, neglectoque cibo et potu, passim emoriebantur. Et huic quoque calamitati Iuppiter subvenit; nam versis uniuscuiusque genitalibus membris in adversam partem effecit, ut non impliciti manerent, sed coitu semel facto satiati discederent ad reliqua vitae negotia. Verum remansit in hominum mentibus recuperandae veteris naturae stimulus, quo quisque agitur, ut vetus sui dimidium quaerat; quo invento verus existit amor, et ita vehemens, ut nullius, nec ipsius deorum, felicitatis conditione nos avelli ac dissociari patiamur, sed potius, si fieri possit, conglutinari et ex duobus in unum animum corpusque collinescere velimus. Itaque ut quisque olim vel ex uno sexu vel ex duobus compositum habuit corpus, ita se nunc quoque ad alterius sexus hominem applicat existitque varium studium, moechorum moecharumque ex androgynis, tribadum ex mulieribus, paederastarum ex viris*).

Sequitur Agatho, qui in priorum orationibus acute id reprehendit, quod in operibus amoris, non in amore ipso consumtae essent. Itaque facultate poetica ipsius imaginem amoris informat. Non enim, inquit, ut Parmenides Hesiodusque cecinerunt, antiquissimus est deorum, sed iuvenis, mollis, tener, floridus, pravitatis deformitatisque inimicus, fortior omni vi atque potentia, deorum hominumque gubernator, ad omnes artes disciplinasque certissimus dux [adeoque singulari iustitia, temperantia, fortitudine, sapientia denique insignis, ut merito natura sua et pulcherrimus et optimus esse existimetur]. Atque hac oratione ita exsultavit iuvenis ingenium, ut omnes convivae eadem mentis concitatione abrepti plauderent et uno ore clamarent dignam eum et se ipso et deo habuisse orationem**).

*) p. 189. A — 193. D.

***) p. 193. E — 197. E.

Iam vices veniunt ad Socratem. Hic reliquorum orationes, quae nec ex firmo principio ductae nec ad certam rationem adstrictae erant, revocat ad dialecticum acumen, et solita *εἰρωνεία* orditur. Video, inquit, quam stulte egerim, o viri, quum profiterer me quoque inter vos laudes Amoris celebraturum. Nam et Agathonis magniloquentia ita modo percussus sum, ut, si fieri potuisset, aufugissem, quod post eum nihil dignum vestris auribus allaturum me sperarem, et ex aliorum orationibus intellexi me totius rationis laudandi esse ignarum. Hactenus enim in eo versatus sum errore, ut putarem laudatorem vera tantum debere expromere ex iisque pulcerrima eligere eleganterque pronuntiare; nunc vero cognovi laudando omnem bene dicendi, veritatis nullam habendam esse rationem. Sed si me vultis meo more dicentem audire, dicam, ut potero. Hoc vero a te, Phaedre, qui huius sermonis auctor es et praeses, peto, ut mihi Agathonem breviter quaedam interrogare liceat, ut, quum de principiis inter nos convenerit, totam inde meam disputationem ducam. Tuo quidem arbitrato, o Socrates, inquit Phaedrus. Atqui, mi Agatho, quum bene dispertuisti orationem tuam bifariam, ut primum diceres, qualis sit ipse Amor, deinde qualia eius sint opera, tum eam verbis ac sententiis magnifice exornasti. Tu igitur hoc mihi dicas, Amor sitne alius cuius rei, an nullius. Hoc autem volo: quum omnes res vel per se ipsae intelligantur, vel ad alias referantur, ex quarum genere sit Amor? ut patrem v. c. dicimus esse filii vel filiae: et frater est ob eam causam frater, quod fratrem vel sororem habet. Est Amor alius cuius rei, o Socrates. Eam vero rem utrum cupit, necne? Cupit. Quod vero cupimus, illudne habemus, an non habemus? Non habemus, ut videtur. Ita non videri tantum, sed esse necesse est: nam quod quis possidet, illud non cupit; et si v. c. sanitatem corporis possideat, ea quidem ut in posterum perpetuo fruatur, potest cupere, nunc in praesentia non cupit, sed, sive velit sive nolit, eam possidet: Amorem vero esse pulcritudinis tu ipse, Agatho, oratione tua dixisti. Et recte quidem, o Socrates; nam ita se res habet. Sed Amor cum cupiat pulcritudinem, necesse est, eam non habeat? Ita sit. Pulcrum vero an non idem quoque bonum est? Est ita. Caret igitur pulcro bonoque Amor? Non contra te possum disputare, Socrates, sed ita se

res habeat, ut tu dicis. Contra veritatem non potes disputare, mi Agatho; nam contra Socratem quidem tibi facile est *).

Sed te iam dimittam et potius sermonem referam Diotimae, quo me, cum Amorem, ut tu, praedicarem et deorum maximum vocarem, redarguit. Neque enim Amor, ut aiebat Diotima, est pulcher et bonus, neque etiam turpis et malus, sed in medio quasi collocatus, ut inter scientiam et ignorationem interiecta est vera opinio, et inter sapientes et ignorantes est philosophus. Neque deus est, nam eorum est beatitudo, eaque posita est in possessione boni pulchrique, quae Amor, quia non habet, cupit; neque tamen homo est, sed ex daemorum est genere, quorum hoc est munus, ut nuntii interpretesque deorum sint apud homines, et repleto hoc spatio totum universum uno vinculo contineant. Inde omnis divinatio atque religio pendet; deus enim cum hominibus non ipse agit, nisi intercedente daemorum ministerio. Patre autem natus est Poro, matre Penia: unde factum, ut a matris indole haberet squallorem, duritiam, vigiliam ad ianuas, a patre audaciam, dolum, ingenium efficax. Sed in hominibus qui dicitur Amor, est ille omnino cupiditas beatitudinis omnibus innata. Quanquam Amoris nomen loquendi consuetudo temere ab universo genere avellit et ad unam formam adstrinxit: quod in aliis quoque rebus factum est; veluti poeta quum proprie sit omnis ille, qui efficit, tamen nomen adhaesit parvae parti ei, quae in metris et musica efficiendis versatur. Sic Amoris vis in angustius spatium redigitur et continetur studio pariendi et generandi pulcrum ex pulcro, tam quod ad animum, quam ad corpus. Nam ea est hominis natura, ut, quum ad iustam aetatem pervenerit, parere gestiat. Et corpore quidem hoc efficitur viri mulierisque coitu, in quo profecto divina quaedam inest vis, ut hominum genus propagatione immortale fiat, quum singuli sint mortales. Ac propter hanc ipsam coniugii divinitatem fit, ut pulcra corpora consecemur, quae deformibus propiorem habent cum divina natura coniunctionem. Ceterum ipse procreandae subolis stimulus ex illo proficiscitur principio, quod quilibet, quantum fieri potest,

*) p. 198. A — 201. C.

suam naturam augere et ultra huius vitae spatium proferre suique memoriam superesse cupit. Sed multo est divinius praestantiorque animorum amor et coniunctio, quo sapientia et reliquae virtutes [ad vitam civilem utiles] pariuntur, maxime a poetis et legislatoribus: qua quidem amatoria arte tu quoque aliquando initiari possis. Sed ad perfectam et supremam mysteriorum sanctitatem eniti difficile est. Quanquam quibus gradibus eo perveniatur, tibi exponam. Primus est naturae motus, qui nos ad corporum pulcritudinem sentiendam impellit et ad unum corpus applicat, ex quo virtutem et bonorum sermonum fructum procreare cupiamus. Mox uno gradu ascendimus, quum hunc amorem non amplius ad unum quoddam adstringimus, sed pulcris omnibus aequae tribuimus. Altior gradus est, quum iam solam animi pulcritudinem consecramur prae eaque corporis florem contemnimus: unde fit, ut studia, leges moresque eos cognoscere velimus, quibus iis, quos amamus, via ad sapientiam virtutemque aperiatur. Alius est gradus, quo scientiae et philosophiae venustatem percipimus et a singularium ad universalium rerum pulcritudinem convertimur. Hic si probe nos exercuerimus, lux nobis oboriatur pulcritudinis verae, constantis, immutabilis, aeternae, simplicis et remotae ab omni corporea natura. Quo adpectu ut fruamur, operae pretium est omnes subire labores *).

Haec quum dixisset Socrates, aulae porta vehementer pulsatur, auditur tibiae vox et comissatorum clamor. Iubet servos Agatho cognoscere, qui homines adsint, et si sint familiares, eos admittant, sin minus, ablegent. Ingruit repente Alcibiades, ebrius, coronatus, turbat convivium: dicit se venisse, ut coronet Agathonem: assidet ad eum, neque tamen ei proximum Socratem conspicit. Quo animadverso, exterritus resilit, eum increpat, mox tamen coronat. Turbis paulum sopitis, Nimis, inquit, sobrii estis, amici, ac tristes: bibendum! affer, puer, magnam phialam. Reprehendit eum Eryximachus monetque ea lege eos bibere, ut singuli ad poculum laudes Amoris oratione celebrent. Alcibiades accipit conditionem dicendi, neque tamen de alio, vel homine vel deo, quam de Socrate dicere vult.

*) p. 201. D — 212. C.

Hunc igitur ita laudat, ut in ebrietate nil nisi verum pronuntiare eum appareat *).

Describit faciem eius et vultum, quem cum Silenis comparat. In eius ironia quanta sit sapientia et eloquentia, docet, patientiam et fortitudinem in militia laudat, immortalia de sui et aliorum iuvenum disciplina praedicat merita. Praeterea eius sanctitati in amore clarissimum dat testimonium, seque a Socrate non secus ac filium a patre amatum esse affirmat **).

Sodalibus eius oratione exhilaratis, mox alii superveniunt comissatores, turbis repletur convivium, potatur, reliqui paulatim vel domum discedunt vel ibi manentes somno sopiuntur. Agatho, Socrates et Aristophanes soli longam noctem usque ad solis ortum bibendo transigunt. Socrates disputat de poetica et demonstrat eiusdem esse poetae officium et tragoediam et comoediam scribere. Illi semisomni eum audiunt et tandem obdormiunt, primus Aristophanes, secundus Agatho. Socrates lautus cum Aristodemo in Lyceum se confert ibique toto die peracto sero domum abit dormitum ***).

Hoc igitur est libri argumentum leviter adumbratum, circumcisis multis venustatibus, quibus dialogus ad similitudinem vitae quotidianae et ipsius rerum veritatis conformatus est.

Sequitur, ut quaerendum sit de universi operis fine ac proposito, de quo usque ad hunc diem hominum doctorum iudicia vehementer discrepare iam antea significavimus. De qua re paucis haec inveniunt exposuisse.

Contuentes igitur animo ac veluti lustrantes eas orationes omnes, quas Plato de amore habitas fingit, nullam certe reperiemus, quae vel subtilius elaborata sit vel ipsius Platonis sententiam clarius patefaciat, quam quae a Socrate recitatur. Quocirca ex ea maxime probabile est illud cognosci posse et intelligi, quod scriptori in scribendo Symposio fuerit propositum. Hinc igitur

*) p. 212. C — 215. A.

***) p. 215. A — 222. A.

***) p. 222. B — 223. D.

ducentibus nobis quaestionis nostrae exordium sperare sane licet futurum esse, ut rei obscurae lux sua affundatur.

Quid igitur illud est, quod hac oratione a Socrate vel potius ab ipso Platone illustratur? Nimirum nihil aliud profecto hic agitur, quam ut ostendatur, quaeenam vis et natura sit amoris philosophi et quomodo ad eum perveniatur. Nam primum quidem Socrates amoris naturam docet eam esse, quae semper ad aliud quid referatur, atque cerni in desiderio pulcri quum proprio animo suscipiendi, tum in aliorum animis procreandi. Quo facto panduntur quasi amoris mysteria ac docetur, qua ratione paullatim ad summum illius fastigium escendatur.

Etenim philosophia quum Platonis iudicio contineatur infinita quadam veritatis cognoscendae cupiditate atque studio sapientiae, philosophus a vulgaris amoris affectu considerando profectus eum mente informavit amorem, qui a rerum sub sensus subiectarum admiratione avocatus totus pertineret ad studium absolutae veritatis, pulcritudinis et bonitatis, qualis unice in ideis sive rebus divinis cerneretur. Quae quidem philosophandi ratio quantumvis a nostrorum consuetudine abhorreat, tamen Graecis mira accidere non potuit, apud quos si meminerimus qualis et quam late pervagatus fuerit amor masculorum, de quo post alios praeclare disputavit Iacobsius in libro: *Vermischte Schriften* P. II. p. 212 sqq., ac nosmet ipsi etiam in Prolegomenis ad Phaedrum et paucis infra explicabimus, facile intelligemus, qui fieri potuerit, ut Plato ab hoc amore profectus ad enthusiasmi philosophi imaginem adumbrandam illustrandamque accederet*). Quod ut ita facere posset, etiam ipsum nomen philosophiae effecit, in quo amoris et caritatis significatio continetur. Traduxit igitur philosophus amorem ab rerum hominumque, quos oculis cernimus, desiderio ad rerum divinarum studium, quarum speciem et formam immensa pulcri-

*) Praeclare Iacobsius l. c. p. 251: „Jene Sitte enthält eben so, wie die Liebe zum andern Geschlechte, alle Elemente des Edelsten und des Nichtswürdigsten, der Tugend und des Lasters, des Besten und des Schlechtesten in sich, wie der aus dem Schoosse der Erde aufsteigende Nahrungssaft nach Beschaffenheit des Gefässes, welches ihn aufnimmt, hier eine edle Traube schwellt, dort ein verderbliches, Wahnsinn oder Tod bringendes Gift bereitet.“

tudine nitentem multo ardentius etiam sui desiderium excitare iudicavit, quam pulcherrimam venustissimamque eorum, quos amemus, figuram, etiamsi in his quoque divinae pulcritudinis imaginem quandam elucere statuerit; v. Phaedr. p. 249. D. sq. 250. B—D. Habet igitur hic amor arctissimam sane coniunctionem cum ipsa philosophia, cuius quasi quoddam fastigium est atque culmen, siquidem hoc uno animus hominum et vera rerum cognitione imbuitur, et virtutis perfectae consummataeque incenditur amore, et per rerum divinarum contemplationem ad beatissimae tranquillitatis limpidissimaeque voluptatis fructum perducitur. Pertinet enim ad rerum coelestium meditationem atque admirationem, quae mentem a rerum sub sensus cadentium spectatione avocat avocataque ad absolutae perfectaeque pulcritudinis contemplationem convertit, quo ipso id efficitur, ut sedata rerum terrestrium atque vanarum cupiditate unice in virtutis et sapientiae admiratione et cognitione conquiescat.

Quippe amor Platonis omnino quidem nihil aliud est quam infinitum illud animi mentisque desiderium, humano generi divinitus ingeneratum, quo homines, celsioris praesertim indolis, ad divinarum rerum veritatem, ineffabili pulcritudinis splendore radiantem, hoc est, ut nos interpretamur, animos sua ipsius maiestate atque dignitate mirum quantum oblectantem et delinientem, non modo cognoscendam atque amplexandam, sed etiam latius propagandam et cum hominibus spem sapientiae pro futuro facientibus, h. e. inprimis cum adolescentibus bonae indolis, communicandam nativo quodam impetu usque impelluntur ac veluti amatorio quodam ardore abripiuntur. Etenim quod fieri assolet in amore corporum, ut quum affectus amoris specie pulcritudinis in illis ententis moveatur et excitetur, tum etiam generandi pariendique cupiditas exoriatur, idem philosophus vult etiam rerum divinarum amori proprium esse, quem primum quidem censet idearum pulcritudine tamquam fomite quodam accendi atque inflammari, deinde vero etiam id propositum habere, ut vim suam in animos aliorum transfundat in iisque tamquam sapientiae fetus atque partus efficiat. Quam quidem summi philosophi doctrinam magnopere cavendum est ne pro inani mentis somniantis deliramento habeamus; est enim profecto animi humani naturae plane consentanea. Et

enim animus philosophantium, h. e. rerum ultra vitam terrestrem positarum meditationi indulgentium, ubi aliquando in se collectus est ac veluti congregatus, fieri sane ita solet, ut in ipso infinitus quidam sensus ac prope dixerim propriae naturae infinitio oriatur, unde efficitur, ut ad naturae in se absolutae planeque divinae veluti divinationem quandam atque praesensionem evehatur. Quo quidem ipsius statu atque habitu simul etiam ardor quidam accenditur amori haud absimilis, quo ad rerum divinarum atque adeo ipsius divini in se perfecti et absoluti, hoc est dei, infinitum quoddam traducitur desiderium et ad absolutae perfectaeque naturae contemplationem et admirationem ineffabili quadam cupiditate fertur et abripitur. Nimirum coeunt tum quasi in unum et inita societate animum veluti ultra semet ipsum evehunt atque extollunt, quam cum Tertulliano dicere licebit, mentis quasi quaedam sensualitas atque intellectualitas, eoque efficitur, ut interius sentiamus intercedere inter nos atque naturam mere intelligibilem ac per se absolutam arctiorem quandam necessitudinem, ita ut etiam id, quod per se verum, bonum et pulcrum est, mente animoque nostro tamquam augurari et intueri videamur planeque amplecti studeamus. Hunc igitur animi habitum, hunc illius quasi affectum Plato designavit, quum doctrinam de rerum divinarum vel idearum amore condidit; in quo certe ipsam naturam ducem atque magistram sequutus esse iis omnibus videri debet, qui a sublimioris philosophiae studiis non sunt alieniores. Quae quidem sententia nostra quo magis intelligatur quibus caussis et rationibus nitatur, certe non inutile erit etiam Germanice explicavisse quae modo oratione Latina explicare conati sumus. Redit igitur summa eorum, quae exposuimus, fere huc: „Der beim philosophischen Denken in sich gesenkte Geist ahmet bald ein höheres, übersinnliches Sein (Seiendes), und es verbindet sich dieses Ahnen selbst mit einem unendlichen, unbegrenzten Gefühle (oder Bewusstsein) des höhern Seelenlebens, zufolge dessen er des Verhältnisses des eigenen Seins zum höhern Sein inne wird. Dieser Zustand des Geistes tritt ein, wenn einerseits die erkennende Kraft desselben in ihrer obersten Sphäre oder höchsten Potenz über die Anschauung und das bloss verstandesmäßige Denken hinausgeht und sich auf das Uebersinnliche, Unendliche

und Göttliche richtet, um desselben unmittelbar inne zu werden, und andererseits auch das Gefühl sich zu dem Vermögen, als seiner höchsten Potenz, gestaltet, des Verhältnisses des eignen Seins zum höchsten Sein inne zu werden und den Zusammenhang desselben mit einem Ueberweltlichen innerlich unmittelbar zu vernehmen. Der daraus entspringende Zustand ist die philosophische Liebe, wovon die gewöhnliche Liebe nur ein Analogon ist. Diese höhere geistige Liebe zeigt sich nemlich einestheils in dem Ahnen und Sehnen und bewunderungsvollen Anschauen eines in beseligender Vollendung (absoluter Schönheit) dem Geiste sich darstellenden Seins und Lebens (s. d. Sophist. d. Plat.), und anderntheils in dem unendlichen Verlangen nach Vereinigung des eigenen Selbst oder Ich mit dem unendlichen Sein oder dem Göttlichen, wesshalb sie eben auch auf geistiges Erfassen (Erkenntniss) desselben gerichtet ist, so dass sich mit dem begeisternden Ahnen, Sehnen und jenem Gefühle, worauf der philosophische Trieb ruhet, auch das Bedürfniss der Dialektik als des Schlüssels aller höhern Erkenntniss und alles wahren Wissens als ein ebenfalls ursprüngliches (s. Phaedrus) von selbst verbindet. Diese wahre und echte Liebe des Philosophen (der Philosophie) nun gewährt dem Menschen die höchste Seligkeit, indem sie in ihm Endliches und Unendliches zur schönsten Harmonie gestaltet; und es ist demnach auch der Philosoph gleichzeitig eben so der vollkommene Musiker wie der vollkommene Erotiker.“ — Sed postrema haec alio loco copiosius explicavisse iuvabit. Persequamur nunc institutum disputationis iter. Primum igitur ii, qui divino illo amore capti tenentur, plane defixi sunt in rerum divinarum contemplatione et admiratione, ut nihil sibi potius ducant, quam ut illis pro viribus potiantur. Quippe inest in illis utpote perfectis et absolutis summa pulcritudo, quae animos contemplantium mire capit, tenet, demulcet (v. Phaedrus cum Prolegg.). Verum enim vero nequitiam amor ille divinis his unis tantum finibus continetur, sed patet etiam aliquanto latius. Neque enim eo tantum refertur, ut divinae pulcritudinis ac veritatis amor in proprio animo nutriatur nutritusque idoneum accipiat pabulum, verum etiam illuc spectat, ut idem istud studium veritatis traducatur ad alios, quorum animi sapientiae capaces sint, eoque modo pulcrum ex pulcro generetur.

Nam est haec omnino, iudice Platone, amoris propria natura, ut non modo pulcrum appetat, verum etiam pulcrum ex pulcro generare gestiat. Quamobrem qui more philosophantium amant, ii non solum lubentissime suis ipsi animis sapientiae tamquam fetus suscipiunt (v. Phaedr. p. 249. C — 253. E. coll. De Rep. VI. p. 490. B.), verum etiam cupidissime id student, ut pulcrum sapientiae prolem ex pulcris gignant et procreent, plane illis similes, qui pulcrum corpus amantes inde liberos cupiunt generare, qui nominis sui immortalitatem ad seram usque posteritatem servant atque propagant; de qua re v. Sympos. p. 204—209. D., ubi Diotima totum hunc locum copiosius persequitur, atque contendas etiam Phaedr. p. 250. A — 253. E. Quocirca amor divinus pertinet etiam ad vitam mortalem habetque eam vim, ut inter homines sapientiae studium incendatur et inflammetur, nutriatur et amplificetur, quo vita mortalium existat quam beatissima. Atque haec ipsa causa est, cur qui eo incensi sunt, ii studiose anquirant et investigent adolescentes ad eam rem idoneos. Quos sicubi invenerunt, omni ope id agunt, ut ipsos quoque ad coelestis sapientiae amorem perducant et participes faciant eius felicitatis, quae ex illius studio in philosophiae amantes certissime redundat; de qua re classicus locus est Phaedr. p. 246—256. Et in hoc quidem utroque munere tam amplectendae et contemplandae quam propagandae et in ipsam vitam inducendae veritatis aeternae recte ac feliciter obeundo opus est dialectica, cuius facultas item animis humanis divinitus impertita est, sicuti quum alibi, tum imprimis Phaedr. p. 249. C. sqq. et Phileb. p. 16. C. docetur. Ea enim sicuti veritatis cognoscendae tamquam instrumentum suppeditat, cuius unius usu inextincto illi aeternae pulcritudinis desiderio subveniatur, ita etiam ad explicandas sapientiae copias patefaciendamque divini amoris vim plane est necessaria, quandoquidem ad disserendi, colloquendi, sermocinandi usum et consuetudinem unice requiritur. Est igitur illa ars plane amatoria, quippe quae amoris in utroque genere tamquam obstetriciam praestet operam imprimisque id efficiat, ut sapientiae fetus et animis concipiantur et concepti quaerendo, disserendo, sermocinando feliciter in lucem educantur; v. Sympos. p. 208. E — 209. E. De Republ. VI. p. 490. B. Phaedr. p. 249. E. sqq., al. Quamobrem secundum Platonem verus phi-

losophus item est et perfectus dialecticus et vero etiam germanus ἐρωτικός, quippe cuius pectus usque concitetur acerrimo rerum divinarum intuendarum studio et amore et cuius consilia omnia perpetuo eo referantur, ut quo ipse tenetur sapientiae studio, idem etiam in aliorum animis excitetur. De quibus rebus omnibus quum in ipso Symposio, p. 201. 210. 212. al., tum alibi quoque, veluti De Rep. III. p. 403. B. C. VI. p. 414. 485. A. 490. A. sqq. IX. extr. X. p. 611. E., imprimisque Phaedr. p. 252. 279. A. divina disputatione explicatur.

De hoc igitur amore tota illa oratione exponitur, quam Socrates secum simulat a Diotima, femina sanctissima et divinorum mysteriorum admodum gnara, communicatam esse. Posteaquam enim docuit amorem contineri studio quodam ex pulcro pulcrum pariendi idque studium tam ad animum quam ad corpus pertinere, deinceps veluti quandam amandi disciplinam tradit atque subtiliter explicat, quibus quasi gradibus sensim ac pedetentim ad sublimem illum divinae absoluteque pulcritudinis amorem perveniatur. Quo ipso ostendit philosophus bene se meminisse, nos esse homines natos, in terrestri commorantes domicilio; et quemadmodum in Philebo summum bonum cerni voluit in eo, ut voluptas sapientia temperaretur, ita hoc in libro divinae sapientiae et cognitionis fructum homini nato ita tantum obtingere posse censuit, si a rebus corporeis, in quibus divinarum rerum species expressa cerneretur, paulatim ad divinae pulcritudinis praestantiam intuendam procederet. Sapientissima autem praecepta sunt, quae de divino amore excitando, alendo, confirmando denique traduntur. Quoniam enim pulcritudinis species primum in individuis emicat, a quorum contemplatione omnis nostra scientia ducit originem, ante omnia hoc ait agendum esse, ut mentem animumque ad unum aliquod corpus applicemus eoque utamur sic, ut virtutis et sapientiae veluti semina quaedam spargamus. Quo ipso significatur, quid philosophus de vulgari illa cum adolescentulis familiaritate senserit. Nempe probavit eam ita demum, si ad virtutis et sapientiae incrementum conducirer. Praeterea vero illam praeparationis loco haberi voluit ad amorem eum, qui supra res terrestres evector ad rerum divinarum contemplationem contenderet. Proximum igitur huic gra-

dum voluit esse hunc, ut non ad unum aliquod corpus animum adiiciamus, sed expetere discamus id pulcrum, quod pluribus rebus commune sit. Enimvero a multis vidit progrediendum ad unum esse, hoc est ad genus atque speciem in rebus singulis comprehensam. Prudentissime vero a corporea pulcritudine ordiendum censuit atque inde progrediendum ad animum. Nam animi certe pulcritudinem animadvertere longe est difficilius quam corporis. Itaque tertium gradum fecit eum, quo neglecta corporis forma solam animi pulcritudinem consectemur. Quam fere eandem rem Socrates etiam apud Xenophontem Symp. c. 8. explicat, ubi docet, quanto praestabilior sit amor puerorum ex mentis animique eorum admiratione oriundus, quam qui ex corporis forma et obscenis cupiditatibus originem habeat. Quemadmodum autem Plato in corporum amore ab individuis ad genera procedi voluit, ita in hac animorum admiratione ante omnia censuit ea cognoscenda esse, quae, quoniam incurrunt in oculos, ad intelligendum facillima sunt ideoque ad animi cultum adhiberi queunt commodissime. Posuit igitur iam eum animorum amorem, qui ad amasii sapientiam virtutemque augendam mores, leges et instituta considerat atque inde vitae sapienter regendae praecepta ducit. In quo manifestum est ob oculos ipsum habuisse discrimen illud, quod inter *δόξαν* et *ἐπιστήμην* itemque inter virtutem civilem atque philosophiam statuit, de quo v. ann. ad Phaedon. p. 85. C. p. 68. C. Hoc ipso autem rursus multo est generosior et elatior ille, qui a rebus singularibus ad res universales earumque pulcritudinem convertitur. Harum enim observatione atque studio pervenitur ad scientiam et philosophiam, quae una est certissima pulcri doctrina. Quam qui in amando sequitur, is quartum iam gradum amoris obtinet proximeque abest a summo amoris fastigio et quasi culmine. Nam hoc qui est consequutus, is missis rebus humanis iam usque contemplatur pulcrum illud aeternum, quod non nascitur neque interit, non augetur nec imminuitur, supra omnem temporum locorumque vicissitudinem elatum, neque hominum opinionibus aut aliis rebus fortuitis continetur, verum per se sibi que ipsi constat, ab omni corporis labe purum, sincerum, intemeratum. Ad illud igitur pulcrum perfectum amatorem adscendere et pervenire debere arbitratur. Si enim purum, sincerum, divinum

illud contemplatus fuerit pulcrum, tum vero eum censet non vana virtutis simulacra, sed ipsam virtutem generaturum eoque ipso deo gratum atque immortalem futurum esse.

En habes iam Platoniam amandi disciplinam paucis verbis descriptam, qua utique quinque illi amoris gradus distinguuntur, quos a recentioribus Platonice plurimum celebratos esse constat; conf. etiam ipsum Platonem Phaedr. p. 249. A. sqq. p. 250. A — 253. D. Legg. VIII. p. 837. B — E. De Rep. VI. p. 490. B. Quos quidem dum philosophus posuit subtiliterque discrevit, non modo qua via ad perfectissimum amorem perveniat et qua in re is quaerendus sit, subtiliter demonstravit, verum etiam quid de variis amoris generibus iudicandum et quale cuique pretium statuendum sit, prudenter exploravit adeoque terrestri amor, qui ad pueros erudiendos et ad variam virtutem conformandos pertineat, qua ratione cum divinarum rerum studio cohaereat et quomodo ad eius dignitatem et excellentiam evehi possit, ut sapientiae fetus in animis gignantur, praeclare docuit. Itaque si in ullum Platonis locum, certe in hanc Socratis orationem conveniunt quae alicubi *) Muretus in laudem summi philosophi scripsit: „Tu, divine Plato”, inquit, „tu, quomodo animi nostri a vitiorum sordibus purgari possint, ostendisti; tu, quemadmodum hominibus adhuc in terra versantibus coelestem quodammodo vitam vivere liceat, aperuisti; tu divina cum humanis, quantum quidem humano ingenio id perfici potuit, copulasti; tu ea tradidisti, quae nos, nos inquam ipsi, qui a deo per filium adoptati et coelesti doctrina imbuti sumus, a te dici potuisse miramur.”

Iam vero explorata Platonis de amore sententia, in qua illustranda dubium non est quin positum sit summum consilium, quod philosophus in condendo hoc opere sequutus est, sequitur, ut quaerendum sit, qua ratione reliquae libri partes cum divino hoc loco cohaereant, ut totius operis unitas atque partium convenientia perspiciatur. Advertit autem animum ante

*) Oratt. V. P. II. p. 322. ed. Ruhnck.

reliquas orationes omnes Alcibiadis declamatio, quae quum ordine, quo collocata est, tum ipso etiam argumento, quod explicat, maxime est insignis. Itaque iam exquirere iuvat, quid inter hanc atque Socratis orationem intercedat necessitudinis. De qua re nolumus referre, quatenam virorum doctissimorum sententiae fuerint. Praestat vitatis ambagibus statim expromere, quid nos ipsi sentiamus. Putamus autem eam esse utriusque orationis coniunctionem, ut altera alteram pulcherrime illustret et utraque ad unam eandemque causam referatur, ita quidem, ut concretum, quod dicunt, singulari artificio cum abstracto ac reale cum ideali consocietur. Etenim idem ille Socrates, qui modo philosophi amoris vim naturamque oratione sua pulcherrime illustravit, quum per totum librum, tum maxime hac Alcibiadis oratione tamquam perfectus amator, hoc est tamquam sapiens, cuius mens et animus ab omni humili cupiditate alienus et ad divinae sapientiae ac virtutis meditationem atque exercitationem conversus est, elegantissime describitur, ut illud ipsum, quod Diotimae oratione explicatur, ipsius exemplo et imagine expressum cernatur. Qua quidem in re admirabilis quaedam Platonis ars atque sollertia elucet, qui, dum divini amoris naturam patefacit et eius disciplinam quandam tradit, eadem opera magistri virtutem atque sanctitatem ad posteritatis memoriam consecravit. Sed nimirum philosophus in omnibus fere libris suis hoc sane usus est artificio, ut argumentorum ex philosophia depromptorum explicationem copulaverit cum earum rerum tractatione, quae ad ipsius aequales inprimisque ad Socratem pertinerent, hoc quidem moderamine, ut utriusque rei expositio eundem habeat finem et ad idem propositum redeat. Quod prorsus ita factum etiam in Symposio est, in quo et amor philosophi describitur et Socratis tamquam philosophi amatoris virtus nobilitatur, utriusque autem materiae tractatio tam arcto vinculo colligata est, ut utra sit potior magisque a Platone respectata, facile possis dubitare atque ambigere. Est autem operae pretium videre, quanta cum sapientia philosophus hanc philosophi amatoris imaginem adumbraverit, quod quidem prorsus ad ipsam rem accommodate fecisse existimandus est.

Etenim perfectus amator etsi ex Platonis mente item est perfectus philosophus, tamen prudentissime philo-

sophus non omnes virtutes, quae alias sapienti tribuuntur, nunc in Socrate suo laudavit, sed memoravit tantum eas, quae cum amoris natura arctiore quadam necessitudine continerentur, has ipsas vero ita illustravit, ut, quum ad perfecti erotici imaginem adumbrandam faciant, tamen quam fidelissime ipsius vitae veritati accommodate descriptae sint. Itaque ostendit Socratis fortitudinem, quae animum a mollitie alienum declarat; ostendit temperantiam et continentiam, quae animi argumentum est humilis abiectaeque voluptatis fructum generose adspersantis; ostendit denique sapientiae cupiditatem, qua mens a rerum terrenarum cogitatione perpetuo ad rerum coelestium contemplationem evehitur; iustitiae autem et cognatarum virtutum ideo nullam mentionem iniecit, quia cum amoris affectu minus cohaerere viderentur, quamquam Platonis iudicio qui sapientia, fortitudine et temperantia ornatus est, is ne iustitia quidem caret, quam constat ab eo pro absolute quadam atque perfectione ceterarum virtutum omnium esse habitam. De qua re diximus in Prolegomm. ad Rempubl. p. XXXI sq. Atque haec tenentes, quorsum spectent quae passim variis Symposii locis de Socratis moribus et ingenio narrantur, nullo negotio perspicimus. Nunc enim facile apparet, cur ille in principio libri dicatur, dum ad epulas iret, repente meditabundus in vicinae cuiusdam domus vestibulo substitisse; in aprico item est, cur extremo convivio solus maneat sobrius et vel fortissimos potatores, Agathonem et Aristophanem*), alacritate vincens haudquaquam obdormiscat; porro manifestum erit omnibus, quorsum referenda sint quae de arte viri amatoris alii-que eius virtutibus dicuntur; denique vix cuiquam poterit dubium videri, quorsum spectet longa illa atque copiosa Alcibiadis oratio, qua, quum ceteri convivae Amorem praedicavissent, repente unius Socratis laudes celebrantur. Nimirum haec omnia manifesto eo pertinent, ut virtutes amatoris philosophi in uno Socrate maxime expressas fuisse legentes edoceantur.

Sed missis ceteris locis, in quibus de Socratis ingenio et moribus agitur, dicamus de una Alcibiadis

*) Quid Aristophanes potando valuerit, perspicitur e verbis Eryximachi p. 176. B. C. Nec vero Agathonem hac in arte fuisse in exercitatum, suspicari licet ex versibus Aristophan. Rann. 83 sqq.

declamatione, quo facilius perspicatur, quanta cum solertia totum hoc argumentum a Platone tractatum sit.

Et primum quidem non sine idonea caussa ita institutum est, ut Alcibiades convivio paene peracto et vero etiam temulentus ingrediatur. Nam sobrium si Plato induxisset, multo minorem vim eius oratio habitura esset. Nunc vero ille nihil reverens iudicia hominum ipsius cum Socrate familiaritatem improbantium intima pectoris sensa proloquitur, ut neque reticere quidquam nec ullam rem fingere aut comminisci velle videatur. Quod autem ultimus omnium advenit atque eo ipso tempore, quo Socratis oratio modo absoluta est et ad finem perducta, prorsus divina arte hoc ita a Platone excogitatum esse existimo. Nam ita is, qui Diotimae orationem a Socrate enarratam non audivisset, tamen stupentibus ceteris convivis omnibus eam proponit Socratis imaginem, quae prorsus ad Diotimae sententiam expressa atque illustrata videatur. In quo quantum insit venustatis ac leporis, certe nemo erit, quin semel monitus protenus animadvertat. Sed quum vel scenicus apparatus in hac sermonis parte sit artificiosissime delectus et adornatus, tum ipsum argumentum orationis ab Alcibiade recitatae omnes habet elegantiae numeros. Depingitur enim Socratis forma atque species sic, ut omnia et ipsi rerum veritati accurate conveniant et ad scriptoris consilium prudentissime sint attemperata. Quorsum pertinet ante omnia illud, quod eum cum Silenis atque Satyris comparat atque plus in recessu habere docet, quam fronte promittat. Nam cum Satyris atque Silenis quum eum communem habere dicit iocandi ridendique consuetudinem, tum tantam ait esse orationum eius vim et gravitatem, ut nemo sit, quin iis vehementissime commoveatur, seque ipsum fatetur eius monitis, praeceptis, cohortationibus ita percelli solere, ut ipsum saepissime consiliorum suorum maxime poeniteat. Quibus verbis quis est quin eum depingi videat amatorem, qui et ipse sit sapientissimus et amasium suum orationis suae gravitate atque vi ad omnem virtutem et sapientiam perducere et possit et soleat? Nimirum inde certissime intelligitur Socratem ita Alcibiadis flagrasse amore, ut philosophiae ope pulcrum ex pulcro gignere perpetuo conatus sit. Manens autem deinde Alcibiades in eadem imagine, quam antea proposuisset, externa quidem specie ait eum videri lu-

bidinosum, sed intus in pectore tantam inclusam habere temperantiam, ut nullis umquam illecebris ad illicitum amorem pellici potuerit, idque se ipsum expertum dicit esse, quum forma sua Socratem putaret expugnatum esse velletque ipsi morem gerere, quo fieret sapientior; tum enim ab se continentiam eius atque temperantiam frustra fuisse tentatam. Quae cur ita ab Alcibiade narrentur, pulcre vidit Quintilianus VIII. 4, 23., cuius haec sunt verba: Nec mihi videtur in Symposio Plato, quum Alcibiadem confitentem de se, quid a Socrate pati voluerit, narrat, ut illum culparet, haec tradidisse, sed ut Socratis *invictam continentiam* ostenderet, quae corrumpi speciosissimi hominis tam obvia voluntate non posset. Quamquam Plato praeterea etiam maius quiddam spectavit. Informavit enim hoc loco eius amatoris imaginem, qui contempto corporis flore unice animi pulcritudinem admiratur, quam sapientis virtutem esse antea Diotimae oratione demonstratum esse vidimus; quin etiam eum descripsit sapientem, qui amasii animum ad mirabilem illam divinae pulcritudinis speciem contemplandam convertere conatur, sicuti apparet ex illis pag. 218. E. Itaque toto hoc loco egregie docetur Socratem usque pro viribus ad summum illud amoris philosophi fastigium contendisse atque illam ipsam in amando sublimitatem sequutum esse, quam in Diotimae oratione adumbratam legimus. Ab hac vero continentiae atque temperantiae in Socrate elucentis descriptione facilis sane atque percommoda est transitio ad praedicandam eius fortitudinem, quae eam ipsam ob caussam iam p. 219. D. una cum *σωφροσύνη* commemoratur. Enimvero qui iracundam animi partem sive *το θυμικόν* ita cohibet, regit ac moderatur, ut rationi optuletur eiusque praecepta strenue tutetur, is Platonis sententia fortis est atque magnanimus; de qua philosophi sententia in libris de optima civitate eleganter explicata disputavimus Prolegg. ad Remp. p. XXXI sqq. Quam quidem virtutem etiam perfecto amatori propriam esse oportere, id vero nemo negabit, qui per eam continentiae atque temperantiae quasi vim suam atque robur accedere reputaverit. Itaque prudentissime Alcibiades laudationem Socratis ita finit, ut copiose orateque exponat, quanta ille semper fuerit in laboribus perferendis constantia, in tolerandis aerumnis patientia,

in adeundis periculis gravitate, denique in omnibus rebus gerendis fortitudine. Nec vero illum hoc eodem tempore narrat alienum fuisse a sublimium rerum meditatione, quandoquidem aliquando ad Potidæam, quum in subtiliorem aliquam quaestionem incidisset, a summo mane usque ad solis ortum sub dio immotus eodem in loco steterit, donec quod quaesierat invenisset. Quo certe flagrantissimum sapientiæ studium arguitur, quod ne tum quidem restingui potuerit, quum gravissimæ corporis molestiæ et aerumnæ perferendæ essent atque tolerandæ.

Haec igitur sunt fere illa, in quibus exponendis atque illustrandis Alcibiadis versatur oratio. Laudat enim Socratem sapientiæ, continentiæ et fortitudinis nomine, sed laudat ita, ut laudes eius omnes, quamvis id non ubique statim appareat, ad amoris philosophi in viro conspicui præstantiam et virtutem referantur. Nam sapientia cernitur in eius sermonibus, quibus amasium solet ad omnem virtutem summamque sapientiam flectere et conformare; continentia posita est in eo, quod, etiamsi ad lubricitatem explendam sollicitetur, tamen nihil nisi animi pulcritudinem intuetur atque eos, quibuscum conversatur, ad divinarum rerum pulcritudinem contemplandam amandamque instituit; denique fortitudo inde cognoscitur, quod valet magno corporis animique robore, quod quum eum ab omni molliæ alienum reddidit, tum res externas in eius redigit potestatem, quo magis se rerum divinarum meditationi et virtutis studio liberrime dedat. Itaque amatoris perfecti imaginem tam plene cumulateque hic descriptam videmus, nihil ut reperiatur, quod ulla ex parte desiderari queat. Quamquam tenendum est, de quo iam antea monuimus, exhiberi Socratem nobis ad ipsam vitæ veritatem descriptum, ut haudquaquam iam ideis potitus esse existimandus sit, sed tantum is videatur, qui studio sapientiæ plane deditus sit idque vitæ et moribus palam faciat. Nam quominus eum talem fingi putemus, qui iam summa quæque in philosophia assequutus sit, vel illud prohibet, quod Diotima quoque p. 210. A. dubitat, num iam perfectum atque summum gradum amatoriorum mysteriorum consequutus sit.

Atque his ita expositis mirari sane licebit eorum iudicium, qui hæc omnia existimarunt ideo sic a Platone exposita esse, ut Socrates ab impuri amoris suspicione,

in quam apud aequales incidisset, iustis vindiciis liberaretur. Neque enim quisquam veterum scriptorum, quod nos quidem meminimus, memoriae prodidit malos rumores de viri pudicitia Athenis, dum viveret aut paullo post, manavisse. Etenim Xenophon quidem Mem. I. 2, 1. quod commemorato altero accusationis capite: Σωκράτης νέους διέφθειρε, continuo ostendit Socratem omnino fuisse τῶν ἀφροδισίων ἐγκρατέστατον, id nihil probat. Multo minus autem auctoritatis habent quæ posterioris ætatis scriptores tradiderunt. Nam quæ habet Porphyrius apud Theodoretum Gr. Affect. Cur. Ser. 4. pr. et apud Cyrillum contra Iulian. p. 186. D., ea quum e male intellectis Platonis et Xenophontis locis ducta sint, nullius momenti sunt; nec quisquam huc revocabit iocos Luciani in Amoribus c. 24. T. II. p. 424. Sed veterum criminationes dudum prudenter refutavit Maximus Tyrius Diss. 25. 26. et 27. al. 9. 10. et 11., ut profecto supervacaneum, immo ineptum Platoni videri debuerit innocentiam et sanctitatem Socratis, a nullo unquam in controversiam vocatam, defendere velle eoque modo malas suspiciones excitare potius, quam easdem refellere. Ut igitur largiendum sit, quod certe non abhorret a verisimilitudine, Platonem id egisse, ut Socratem propter familiaritatem Alcibiadis, quam ei multi crimini vertissent, defenderet, tamen ea defensio ad aliud quid, nec vero ad impudicitiae crimen pertinet; tota autem hæc oratio id habet propositum, ut philosophi amatoris imago ob oculos ponatur.

Atque ex his omnibus perspicuum fore arbitramur, quam arcte quæ a Socrate et ab Alcibiade disputata sunt, inter ipsa cohaereant, ut profecto affirmare liceat, ista omnia arte prorsus singulari ita esse exposita, ut, quantumvis prima specie diversa esse videantur, tamen revera ad unum eundemque finem egregie conspirent.

Sequitur iam, ut de ceterorum quoque convivarum orationibus quid iudicari oporteat, exquirendum sit. Dubitatum est enim a Schleiermachers, Rückerto, Hommelio, aliis, eae quorsum spectent et quo modo cum universi operis argumento cohaereant. De qua re etsi ad hunc usque diem in varias partes disputatum est, tamen neminem quemquam novimus, qui quid rei sit plane perviderit. Certe nos nusquam reperisse me-

minimus, quod nobis omni ex parte probaretur. Nolumus vero iam recensendis iudicandisque variis sententiis et opinionibus de re admodum controversa prolatis bonum tempus consumere; quas si qui plenius cupiant cognoscere, ii legant eam, quam supra memoravimus, Susemihlii commentationem inde a p. 182. Iuvabit potius paucis exposuisse, quid nos ipsi de re gravissima sentiamus, atque iudicii nostri causas et rationes ita asseruisse, ut cur ab aliorum rationibus discedendum statuamus, quam clarissime perspiciatur.

Videtur autem nobis omnino de illis orationibus ita esse statuendum, ut eas ad argumenti primarii explicationem et illustrationem non minus necessarias esse existimemus quam orationes Socratis atque Alcibiadis, de quibus modo explicavimus. Nam quum Platoni in scribendo Symposio hoc maxime propositum fuisse appareat, ut non solum vim et naturam divini amoris, qui philosophorum proprius esset, illustraret, sed etiam qua via et ratione ad illius laudem atque praestantiam perveniretur, luculente doceret atque ostenderet idque etiam illustri Socratis exemplo declararet ac patefaceret, fieri profecto non potuit aliter, quam ut etiam fundus quasi designaretur atque demonstraretur, unde iis esset proficiscendum, qui ad excelsum illud sapientiae fastigium escendere vellent. Quamobrem philosophus disputationem sollertissime ita instituit, ut divino illi amori veluti ex adverso eum amorem collocaverit, qui in quotidiana Graecorum vita regnabat atque sublimiori illi veluti ex altera parte respondere videbatur. Qui quidem amor certe non est alius, quam castus ille honestusque amor puerorum et adolescentium, a foeda lubricine seiunctus atque immunis, ideoque etiam legibus publicis permissus atque optimis quibusque ita probatus, ut in eo non exiguum virtutis quum reliquae, tum imprimis bellicae ac civilis praesidium et adimentum positum esse iudicaverint. De qua quidem re peculiari disputatione in praefatione ad alteram Phaedri editionem explicabitur. Etenim hunc amorem, inter Graecos legitime usitatum communique more receptum, qui a foedae lubricinis usu, in quem sane item subinde potuit degenerare, probe distinguendus est, hunc igitur amorem, castum, honestum et virtutis studio alendo vel imprimis idoneum, Plato censuit non uno nomine cum divinae sapientiae amore philosophis proprio con-

iunctum esse, ut uterque tamquam ἀντίστροφος inter se mutuo quodam vinculo copulatus esse putari deberet. Nam primum quidem utriusque origo atque fons visus ipsi est in una maxime pulcritudine quaerendus esse. Quemadmodum enim ipsius sententia divinus amor excitatur ineffabili idearum pulcritudine, quae sese menti in divinarum rerum contemplatione versanti tamquam spectandam praebet, de quo philosophi placito supra explicatum est, ita etiam amor iste in vita communi usitatus ea pulcritudine, quae est quasi divinae pulcritudinis species in humana figura relucens, cietur atque accenditur; de qua sententia legendus est Phaedr. p. 249. D. 250. D. 251. E. Deinde Plato etiam finem statuit utrique amori quodammodo communem esse. Et divinum quidem amorem totum vidimus pertinere ad divinae sapientiae fructum et cognitionem. Quod similiter certe etiam de honesto puerorum amore ita iudicari oportet. Tantum abest enim, ut ille ad lubricinam explendam fuerit comparatus, ut omnis ad καλοκάγαθίας studium pertinuerit, quod a Graecis imprimisque Atheniensibus quanti aestimatum sit, adeo notum est, ut de hac re exponere velle propemodum importunum videri possit. Quippe innatum est sane generi humano desiderium quoddam semet ipsum quasi altius paullatim educandi, ideoque ita fieri assolet, ut qui sunt aetate provectiores et prudentia atque sapientia excellentiores reliquos usque conentur ad maiorem humanitatis cultum perducere. Quod quidem desiderium etiam in communi vita Graecorum mirum quantum eluxit. Praeterea vero etiam tertium quiddam est, unde utriusque amoris cognatio et necessitudo perspiciatur. Pertinet enim uterque amor non ad feminas, sed ad mares imprimisque erectioris ingenii adolescentes. Quod quantumvis primo ad aspectu permirum videatur, tamen re accuratius cognita in ipsa eius natura positum esse nullo negotio intelligetur. Etenim primum quidem Platonice ille amor, quem philosophus sapientium voluit esse proprium, cur non ad mulieres pertineat, causae in promptu sunt. Nam philosophantem mulierem equis est quin miretur tamquam singulare quiddam? Est enim profecto muliebris ingenii ea indoles, quae ad philosophiae sublimitatem haudquaquam facta videatur, ut iure in miraculis numeretur, si qua mulier Diotimae instar ipsa philosophiae penetralia intraverit atque sa-

pietiae mysteria pandere instituerit. Quamobrem Plato amorem suum ad unos viros atque adolescentes retulit, ita quidem, ut alteri iuniorum magistri, alteri prudentiorum atque aetate proveciorum veluti discipuli haberentur. Qua in re exemplo esse potuit mos Pythagoreorum, qui semet ipsos mutua caritate prosequerantur et in omni vitae genere ad virtutem et sapientiam exhortabantur, ita quidem, ut aetate minores maioribus et aetate pariter atque intelligentia provecioribus obtemperarent atque morigerarentur. Quod si ita est, disciplina Platonis amatoria hac quoque in parte Pythagorici quiddam refert, quod sane etiam ideo memorabile est, quod libri isti amatorii, qui ad celsioris philosophiae rationes spectant, sine controversia illo demum tempore ab eo scripti sunt, quo Italia inferiore et Sicilia lustrata interioribus tamquam sacris rationis Pythagoricae initiatus fuit. Sed revertamur ad propositum. Pertinet igitur amor Platonis ad unos mares, quamquam ipse in Symposio Diotimae, celsioris atque sanctioris ingenii mulieri, singulares ob causas, de quibus mox dicetur, illius interiorem tribuit notitiam. Eadem vero ratio est etiam honesti illius marium amoris, qui in Graecia pervulgatus fuit, sicuti in ipso Symposio p. 181. B—E. coll. 182—184. A. 185. B. ostenditur. Quod certe nemo mirabitur, qui rem omnem perpenderit diligentius. Nam primum quidem in Graecia veteri mulieres non ea fortuna et vivendi conditione usae sunt, ut ad vitae publicae communionem vel adspirarent vel aspirare possent, etiamsi concedendum sit hic et illic easdem fuisse liberiores, id quod de Spartanis memoriae proditum esse novimus. Quis igitur est, quin protenus videat, cur amor ille, ~~qui~~ ad virtutem civilem atque bellicam vel inprimis spectabat, non ad illas pertinuerit, sed potius ad adolescentes translatus sit? Deinde nec illud hac in causa temere negligendum est, quod Graeci inter femineum amorem atque amorem masculinum plurimum discriminis intercedere voluerunt. Nam illum quidem restrinxerunt ad unam maxime domesticam erga feminas caritatem, ita ut eum philosophi saepe ne dignum quidem amoris nomine iudicaverint, de qua re v. Plutarch. Amator. p. 750. C. ed. Franc. Hunc autem eum esse iudicaverunt, qui maxime valeret ad studium virtutis in animis eorum incendendum atque inflammandum, quorum aliquando esset civium

suorum saluti prospicere eamque omni ope sua iuvare atque sustentare. In quo manifesto hoc sequuti sunt, ut etiam ad virtutem iudicaverint opus esse animi quodam affectu amori haud absimili, quippe quo virtus et citius eliceretur et certius confirmaretur, quam contentis prudentiae ac sapientiae praeceptionibus animi ardorem saepe non excitantibus, sed opprimentibus, neque mentem impetu furoris et enthusiasmi extimulantibus et impellentibus. Quod quis est quin ultro fateatur eiusmodi esse, ut a prudenti virtutis disciplina neutiquam abhorre existimandum sit? Sed praeter haec etiam aliud quid animadvertisse iuvabit, quod ad rem praesentem pertinere arbitramur. Est enim divinus humanusque amor, de quo loquimur, Platone iudice etiam mutua naturae suae contrarietate ita cognatus, ut alter usque ad alterum spectet atque referatur. Nam alter tamquam in coelo constitutus est versaturque in summo sapientiae fastigio vel expetendo vel admirando; alter in media vita communi viget atque eo valet, ut eius imbecillitati succurratur, quo possit sese erigere altius. Alter porro ad exploratae veritatis rationem refertur, quae semper sibi constat atque aeterna est, quam quidem Plato eximie appellat *ἐπιστήμην*; alter vero opinionis, *τῆς δόξης*, rationibus nititur, quandoquidem tamquam extrinsecus originem habet suam neque mentis in se collectae studio ac desiderio debetur. Alter denique etiam efficaciae suae nomine cum altero tamquam reciproca continetur necessitudine, quandoquidem divinus ille amor vitam mortalem divina luce sua quasi ornat et collustrat, efficitque, ut ea ex humilitate sua paullatim extolli et ad divinae sapientiae laudem propius adduci possit; humanus autem amor praebet quasi solum ac fundamentum, cui insistentes mortales queant ad illius amoris praestantiam feliciter eluctari. Sed nolumus plura memorare, quae ad causam praesentem facere videantur. Etenim vel ex iis, quae exposuimus, satis clare appariturum esse arbitramur, inter divinum Platonis amorem atque amorem adolescentium apud Graecos usitatum utique arctiorem quandam intercedere necessitudinem.

Atque hinc iam nullo negotio intellectum iri putamus, primum Symposii argumentum profecto exegisse atque postulavisse, ut etiam amor vitae quotidianae non modo leviter adumbraretur, sed copiosius describeretur.

Quum enim philosophus docere voluerit, quam via et ratione ad divini amoris excellentiam perveniri atque escendi queat, eamque rem etiam Socratis exemplo reddiderit illustriorem, non modo divini amoris vim rationemque debuit ob oculos ponere, sed etiam depingere amoris genus illi tamquam e regione positum et in maxima diversitate tamen item maxime affine et cognatum. Nam alioquin fieri certe nullo modo potuisset, ut doctrina ipsius amatoria in quo fundamento esset posita, plane intelligeretur recteque iudicaretur. Itaque prudentissimo consilio exhibuit etiam descriptionem terrestri illius amoris, de quo modo exposuimus. Id ipsum autem sollertissima opera ita iussit fieri, ut variae de eo argumento declamationes a variis oratoribus et convivis recitarentur. Quod quidem tanto sollertius ita factum esse liquet, quod totus iste amor non cum ἐπι-στροφή cohaeret, sed pertinet unice ad opinionem, utpote in usu vitae et experientia positus, ut profecto magna sententiarum varietas, quae largam dicendi materiam praebere, de ipso locum habere potuerit.

Et haec quidem quum iam certius explorata habeantur, quorsum orationes illae pertineant et quid iis omnino propositum sit, propemodum sponte apparet. Nihilominus autem operae pretium est considerare etiam diligentius, quo artificio philosophus in hoc argumento tractando usus sit. Pendet enim ex huius rei animadversione utique magnam certe partem rectum de iis iudicium.

Itaque primum quidem animadvertendum est orationum illarum omnium tam materiam quam formam variis perorantium ingenii atque studiis accommodate delectam esse. Quamobrem aliter verba facit Phaedrus, quem ex dialogo cognomine novimus fuisse hominem mollem ac delicatulum eundemque Siculorum rhetorum imprimisque Tisiae et Lysiae disciplinae deditum (v. Phaedr. p. 227. A. coll. Symp. p. 176. D. Phaedr. p. 227. sqq. p. 273. A., al.); aliter dicit Pausanias, Prodicis disciplinae addictus (v. Prot. p. 315. D.), amator Agathonis, ut est Protag. p. 315. D. E. et Symp. p. 193. C., vir imprimis ἐρωτικός, ut mirandum non sit eum varias amandi rationes inter varias Graecorum gentes regnantes accuratius novisse; aliter rursus disputat Eryximachus medicus, quem ex Protagor. p. 315. C. una cum Phaedro constat Hippiae sophistae fuisse asseclam;

aliter porro loquitur Aristophanes, poeta comicus, qui mori suo convenienter de re satis gravi ioculariter festiveque disserit, de quo infra disputabimus pluribus; aliter denique declamat Agatho, iuvenis poeta tragicus, homo mollis ac teneri animi, itemque orationis grandis, altisonae, calamistratae denique affectatione insignis, qui etiam ex Gorgiana disciplina orationis venteres repetebat, sicuti quum ex Aristoph. Rann. v. 25 sq. Thesmoph. v. 58., tum e Plat. Protag. p. 315. E. Symp. p. 198. B. C. condiscimus. Itaque ad haec diligenter attendere opus est, quippe quibus neglectis neque disputationis argumentum neque compositionis ars atque ratio usquequaque perspicere poterit. Sed praeterea etiam aliud quid observari oportet, quod fere eodem pertinet. Usus enim philosophus est hac opportunitate sic, ut, dum oratores variae eruditionis ac doctrinae varique studii et ingenii fecit dicentes, non modo omnino ostenderit, quanto intervallo vulgaris amandi ratio ac disciplina a divini amoris excellentia atque dignitate remota sit, sed etiam simul leniter cavillatus sit atque subsannaverit artes vel dicendi vel disserendi vel iudicandi, quibus illi utuntur, utpote in scholis rhetorum et sophistarum multum celebratas, adeoque vaniloquentiam omnium riserit et castigaverit. Quod etsi subinde tectius factum est, tamen ita factum esse liquet, ut non sine festivitate quadam atque lepore mores et opiniones aequalium corripantur, atque simul ostendatur, quanto praestabilior sit dialectica illa ratio, qua mox Socrates in suo sermone utitur. Verum hoc dum ita dicimus, etiam tertium quiddam admonemur, quod in legendis iudicandisque orationibus illis diligenter tenendum est. Quum enim oratores illi omnes versentur in describendo vulgari amore, Socratico illi, vel potius Platónico, tamquam e regione collocato, iis etiam ita accidit, ut in disserendo vel argumentando multipliciter vacillent atque labantur. Quamobrem Plato scite venusteque rem sic instituit, ut non modo subinde vitia ab iis admissa notentur, sed etiam bene recteque disputandi praecepta veluti per occasionem interserantur. Quo quidem etsi legentes non plene perfecteque ad artem dialecticam instituuntur, tamen illud certe efficitur, ut quantum ei tribuendam sit, identidem admoneantur, quo facilius deinde Socraticae orationis praestantiam iudicare queant

et hoc quoque nomine tamquam praeparati ad eam audiendam accedant.

Haec igitur fere sunt, quae nostro quidem iudicio in legendis quinque prioribus orationibus imprimis teneri oporteat et unde de earum argumento pariter atque sine iudicium repetendum sit. Atque indidem etiam facile intelligas, de quo sane multum est dubitatum, quoniam communi vinculo illae omnes inter se continentur. Versantur enim, quantumvis id vario modo fiat, in describenda et adumbranda honesti erga adolescentes amoris natura, ita quidem, ut quum eius fines accuratius designentur, quibus vel a foeda lubricitate vel etiam ab aliis amoris generibus discernatur, tum etiam ostendantur bona atque commoda, quae inde tam in privatam quam in publicam vitam redundare soleant. Quo ipso id efficitur, ut denique imaginem eius amoris, qui amori divinae sapientiae tamquam ex altera parte respondet et in maxima diversitate tamen item arctiorem quandam cum illo habet necessitudinem, varie ac multipliciter adumbratam ac propemodum expressam cernere videamur. Sed haec quo clarius etiam perspiciantur, videamus nunc ordine deinceps de orationibus singulis.

Primus igitur dicendi partes Phaedrus suscipit. Quod cur ita fiat, Plato ipse satis clare significavit p. 177. A. sqq., ubi ille narratur creberrime miratus adeoque conquestus esse propterea, quod nullaedum Amoris laudationes publicatae sint, atque auctor dicitur extitisse consilii, quod Eryximachus medicus Agathonis convivis impertiit, quoque permoti esse finguntur, ut singuli Amoris laudes in orbem eunte dicendi negotio praedicare instituerint. Nimirum caussam illius desiderii, quo hominis flagravit animus, cognoscimus ex Phaedro dialogo p. 242. A. B. 243. C. 258. E. 259. B. sqq., ubi sermonum vel audiendorum vel habendorum adeo cupidus fuisse dicitur, ut in tali occupatione summam vitae voluptatem ponendam esse arbitratus sit. Is igitur merito oratorum tamquam agmen ducit. Laudat vero Amorem non sine vana quadam doctrinae ex poetis et mythologis haustae iactatione tamquam numen divinum, quod quidem primum omnium antiquissimum ait esse, deinde item praedicat ut maximorum bonorum largitorem, quippe quum amantibus generosam quandam iniiciat verecundiam, quae eos ad laudabilia et honesta facinora et suscipienda et perpetranda impel-

lat. Videmus igitur, id quod probe tenendum est, cum haud sane alium in mente habere amorem, quam castum, honestum, denique optimis quibusque ita probatum, ut in eo maximum virtutis praesidium inesse crediderint*). At enim vero quantumvis homo Tisiae artem triverit atque etiam Lysiae eloquentiam studiose sectatus sit, de qua re vid. Phaedr. ll. cc., tamen de illo parum distincte loquitur. Nam ne discernit quidem varia amoris genera, quod certe eum facere oportebat, qui omnia atque singula in amore laudare animum induxisset. Quamobrem hic talem profecto rursus agnoscimus, qualem se in dialogo cognomine exhibet, ubi non modo Lysiae orationem amatoriam, licet dialectica virtute plane destitutam, summis extollit laudibus, verum etiam a Socrate multis verbis edocendus est, quid sit dialectica et quantum ea valeat ad emendandam perficiendamque artis rhetoricae rationem. Quocirca etiam in Symposio rhetorum illorum admirator ita loquens inducitur, ut tecte simul etiam familia eorum, cui ad dictus fuit, rideri videatur.

Sed satis de Phaedri oratione. Pergimus ad Pausaniam, cuius iam oratio praetermissis aliorum declamationibus narratur ab Aristodemo cum Apollodoro communicata esse. Proficiscitur is item ab Amore tamquam deo, sed eum distinguit duplicem, alterum πάνδημον, alterum coelestem s. οὐράνιον. Quod quidem ita facit non sine Phaedri reprehensione, qui utrumque confuderit atque ea laudaverit communiter, quae secundum genera sua discernenda fuerint. Dissertit autem sic, ut unumquodque negotium, prouti aut honeste aut turpiter peragatur, ita etiam honestum aut turpe evadere censeat, licet per se neque turpe neque honestum esse existimandum sit (p. 181. A. sqq.). Quibus ita disputatis vulgarem amorem ait pertinere ad mulieres atque venustatem corporum, adeoque quasi forte fortuna opus suum peragere, ita ut, si qua sit eius laus atque virtus, ea tota ex fortuito pendeat (p. 181. B. C.). Aliam esse rationem coelestis amoris, qui cum amore muliebri nihil habeat commercii planeque liber et immunis sit a cupiditatis petulantia (ὕβριος ἀμοιβός). Hunc vero qui colant, eos sectari unos adolescentes, quippe pru-

*) Gravissime igitur lapsi sunt, qui Phaedri oratione putarunt effrenatarum lubricitatum patrocinium susceptum esse.

dentiae ac sapientiae facultate insignes, atque id unice studere, ut eorum mores et ingenia ad virtutem erudiantur vitata omni inhonestatis specie (p. 181. D. E.). His vero admodum subtiliter explicatis transit orator ad discernendas varias amandi rationes inter varias Graeciae gentes usitatas. Nam apud Boeotos et Eleos ait promiscuum regnare amorem nullumque discrimen eius constitutum esse, ut simpliciter permissus videatur; contra apud populos barbaris subiectos eum omnem simpliciter esse sublatum, ne qua sensus generosiores atque liberiore alantur, quippe qui tyrannidis imperio plurimum officiant, ut ibi res plane simplex sit et ad iudicandum facillima. Aliam autem rei rationem apud Athenienses et Lacedaemonios esse ait, apud quos consuetudo amorem nec simpliciter permittat nec omnino vetet, sed certis cautionibus circumscribat. Nempe rem utique ita se habere, ut amor honestus et laudabilis non ad lubricitatem et ad corporis formam, sed ad mentis pulcritudinem ac studium virtutis referendus sit (p. 182. A—185. C.). Haec igitur est fere summa eorum, quae a Pausania oratione satis copiosa explicantur. Quae si perpendimus diligentius, facile apparet, opinor, eum discrimine duplicis amoris explicato honesti amoris fines utique constituere accuratius ab iisque amoris deterioris et ad lubricitatem vergentis rationes plane seiungere. Itaque Pausanias sane et ipse describit amorem adolescentium, eumque castum, honestum et laudabilem, sicuti Phaedrus fecit, sed aliquanto in ea re versatur diligentius ac subtilius. Discernit enim atque segregat humilioris et nobilioris amoris tamquam ditionem, idque ea facit ratione, ut alterum improbet, alterum probet et ut unice laudabilem commendat. Itaque hunc oratorem patet id, quod Phaedrus indefinitum reliquerat, satis accurate definivisse adeoque omnis amoris honesti inter Graecos celebrati vim rationemque tam fideliter depinxisse, ut eius tamquam speciem et imaginem ad ipsius vitae veritatem expressam cernere videamur, praesertim quum etiam deterioris ac minus honesti amoris turpitudine ab eo seiuncta sit atque separata*). At enim vero licet oratio ipsius ad cogno-

*) Perperam et inique de oratione Pausaniae indicant Astius De vita et scriptis Platon. p. 311. aliique, qui ei vertunt opprobrio, quod turpem lubricitatem tecte quidem commendaverit et hone-

scendas communes amoris rationes plurimum conducat longeque sit utilissima, tamen vix erraveris, si eandem item habere dicas, quod singularis cuiusdam disciplinae speciem prae se ferat. Nam habet ea profecto nescio quid contorti et difficilis, captat subinde argutias, ducitur per longiores ambages, inprimis autem eo insignis est, quod versatur in rimandis atque discriminandis notionibus argutasque rerum distinctiones non paucas habet; conf. p. 182. A. D. 182. E. 183. A., ubi inter alia malus mos facilis intellectu et bonus mos intellectu difficilis inter se opponitur. Iam vero Pausaniam reperimus in Protagor. p. 315. D. in eorum esse numero, qui Prodicum sophistam sectantur. Ex quo sponte nascitur coniectura ipsius declamationem ita esse compositam, ut leniter traducantur ii, qui Prodicum rationem sequuti vel in orationibus panegyricis subtilibus rerum ac verborum distinctionibus tantum tribuebant, ut eas audientibus vel legentibus subinde etiam nauseam afferrent atque taedium crearent. De Prodicum laudationibus v. Symp. p. 177. B. *εἰ δὲ βούλει αὐτὸν ἀξιολογήσασθαι τοῦ χρηστοῦ σοφιστῆς, Ἡρακλέους μὲν καὶ ἄλλων ἐπαίνους καταλογάσθην ἐγγράφειν, ὥσπερ ὁ βέλτερος Πρόδικος*, quod manifesto cum irrisione dictum est. De studio autem illius in vocum distinctione posito, cognato illo sane cum notionum atque rerum distinctionibus, quibus utitur Pausanias, praeter alia v. Protag. p. 341. D. Men. p. 75. E. Euthydem. p. 277. C. E., ubi conf. ann. Atque ad hanc difficilem, tortuosam et taedium plenam Pausaniae orationem fortasse spectat etiam, quod Aristophanes deinde narratur singultu fuisse prohibitus, quominus partes dicendi, quae iam ad ipsum pervenisent, in se susciperet. Quippe dicitur ille *ὁπὸ πλεονεξίας ἢ πρὸ ἄλλου τινὸς* isto malo affectus esse. In quo latet, opinor, aculeus in Pausaniam. Significatur enim non obscure fieri item potuisse, ut taedium ex oratione illius conceptum comico molestiam creaverit.

Perginus ad Eryximachi medici orationem. Is vero loquitur ut physicus. Extendit enim amoris vim ad

stum atque inhonestum amorem non certis discriminibus separaverit et seiunxerit; v. Rückert. in edit. Lips. 1829. p. 263. Hom. uel. Prolegg. p. XXIX. C. Fr. Hermann. Indicc. Lectt. Marburg. a. 1834—1835. p. IX. et in Indicc. Lectt. Marb. a. 1841. p. III.

omnem rerum universitatem. Itaque illud quidem plane probat, quod Eryximachus duplicem amorem distinxerit. Sed quod cum in unis mortalium animis adversus pulcros amanter affectis inesse voluerit, id vero recte ita iudicatum esse negat, quandoquidem amor et in pecudibus et in plantis et in tota rerum natura et in operibus, artibus atque doctrinis, immo etiam inter deos atque homines, quos conciliet, dominetur. Sed quantumvis ille amorem in campum eduxerit patentissimum, ut ne deorum quidem hominumque excluserit coniunctionem (p. 188. B. C. D.), tamen ipse quoque bonum tantum et laudabilem probat amorem, qui omnia quasi in concordiam redigat, discrepantiam omnem tollat, ideoque circa bonum unice versetur cum iustitia et temperantia, ita ut omnis generis afferat beatitatem amicitia tam inter se mutua quam cum diis comparata (p. 188. D.). Quamobrem doctissimus medicus de summa quidem re utique cum superioribus oratoribus consentit; nam ipse quoque bonum atque salutiferum amorem unice expectandum esse arbitratur. At enim vero etiamsi disputet longe eruditissime, tamen in uno certe peccat gravius. Disputat enim sic, ut formam amoris atque speciem, de qua explicandum fuit, permutet cum universo amoris genere, latissime sane illo patente. Quamobrem infra p. 205. B. C. D. a Socrate commonetur amoris nomen, etsi per se ampliorem habeat ambitum, tamen loquendi consuetudine ita iubente ad partem generis fere restringi solere, quod quidem ibi ita exponitur, ut simul ad Eryximachi sermonem respectari vix recte dubitaverimus. Nimirum Eryximachus quum tanquam medicus naturalis historiae atque vitae peritus amplam hanc dicendi materiam arripuisse videatur, tum tanto lubentius in hunc campum exspatiatus esse putari debet, quod id rationi ac disciplinae Hippiae Eri convenit, cuius ipsum familiarem fuisse ex Protag. p. 315. C. constat. Hippiam enim accepimus Socraticam disserendi subtilitatem minus curavisse, unice variae ac multiplicis doctrinae copiam et amplitudinem laudasse et ostentasse, de qua re in Praefatione ad utrumque Hippiam Platonis a nobis explicatum est. Quid igitur mirum, quod Eryximachus quoque doctrinae copias quam maximas explicare instituit et in earum ostentatione tam lucidum argumentandi ordinem quam subtiliorem distinctionem generis atque formae ambris prope-

modum neglexit? Itaque nobis quidem longe est verisimillimum oratione Eryximachi Hippiae rationem ac disciplinam oblique carpi et notari, quemadmodum etiam superioribus orationibus simile quiddam fieri meminimus.

Sequitur ordine deinceps Aristophanis oratio. Quem quidem Plato non ut disciplinae alicuius assectatorem informavit, sed loquentem induxit ut comicum poetam facetum et ingeniosum. Quamobrem etiam perquam apte ita est institutum, ut Aristophanis oratio inter septem orationes, quae in Symposio habentur, medium locum teneat, quippe quae una valeat ad exhilarandos convivas, quum reliquae omnes serii argumenti sint. Is vero disputationem ex patientiore illo campo, in quem eam Eryximachus eduxerat, rursus revocat ad gyrum angustiore, quandoquidem de vario amore, non in rerum natura, sed inter homines regnante disputat. Declarat vero primum, qui fiat, ut viri viros, feminae feminas, denique viri feminas ac vicissim ament, quandoquidem non modo homines diversi sexus, sed etiam homines eiusdem generis inter se amare soleant. Cuius rei caussas, si verum quaerimus, magis ridicule quam vere explicat, ut disputatio eius ad rem propositam illustrandam propemodum nihil conducere existimanda sit. Nisi forte comicus comice exornavit placitum Empedoclis, qui teste Aristotele De generat. animal. l. 18. statuebat semen animalium utriusque sexui esse commune, ut non totum ab alterutro proficisci putare liceret, ideoque illud comparabat cum tessera hospitali, quam constat ab hospitibus in binas partes dissectam fuisse, ut uterque dimidium eius acciperet. Quamquam istud quidem in unum ἀνδρῶνον Aristophanis genus convenit, in reliqua genera non convenit, ut profecto suspicio illa minime sit verisimilis. Sed ut hoc sese habet, nolumus enim rem discernere, illud quidem apertum est, comicum varii amoris ortum minus probabiliter declaravisse, ut hac in parte propemodum scurrae festivitate usus videatur. His vero non sine specioso facetiarum lepore expositis, caussam amoris in sensu naturalis intelligentiae inesse contendit, quo ita fiat, ut suisque dimidii desiderio usque vehementissime commoveatur. Quae sententia infra a Socrate p. 205. D. E. ideo subsannatur et reprehenditur, quia alterum dimidium, quod desideretur, etiam mali quiddam esse possit. Neque profecto iniuria. Nimirum longe profecto prae-

stabilior est ipsius Socratis sententia, qui, etsi amorem item sensu indigentiae contineri statuit, tamen illum non ad alterum naturae propriae dimidium, sed potius omnino ad pulcrum referri arbitratur. Iam vero Aristophanes porro argumentatur amorem esse hominibus longe beneficentissimum maximeque salutarem, quippe qui humanae naturae quasi medicus sit efficiatque, ut ea tamquam in pristinam integritatem suam restituatur (p. 191. D. coll. p. 189. C. D.). Quod certe ita dictum est, ut orator neglecto turpis et honesti amoris discrimine quemvis amorem, meretricum, adulterorum, foedorum etiam paederastarum comprobare videatur. Nimirum hic quoque vacillat physica ista philosophia neque recto talo stat. Sed quantumvis haec maiore veritatis specie quam vere sint exposita, de masculo tamen amore comicus continuo (p. 191. E. 192. A—C.) ita disserit, ut unum illum honestum probet, quem etiam ceteri oratores probaverunt, eiusque beneficam vim et efficaciam quum ad reliquam virtutem, tum imprimis ad civilem et politicam agnoscat, et in colendo eo amore non voluptatis fructus, sed longe aliud quid expeti statuatur, quod animus cupiat quidem, nec vero clare exprimere possit, sed divinnet tantummodo et veluti praesagiat. Quippe contineri illum vult interiore quadam animorum coniunctione, quae unice id, quod bonum et honestum sit, propositum habeat. Omnino autem ita statuendum censet, ut amorem dei beneficio mortalibus concessum esse arbitretur, quo illi naturae mutui amoris desiderium explere possint (p. 193. B.—D.).

— Haec igitur est fere summa eorum, quae prolata sunt ab Aristophane. Quae si consideramus attentius, primum quidem neminem praeteribit, de quo iam supra admonuimus, ipsum quoque amorem adolescentium ita memorare, ut non de lubricitate cogitet, sed longe generosius quiddam in eo informando ob oculos habeat, quam primo aspectu suspiceris. Nam quum de variis amoris generibus ubi disputat, sermo eius perquam sit ambiguus, tum quo loco ad amicitiam inter viros et adolescentes contractam aut contrahendam delatus est, continuo id agit, ut ei honestatis dignitatem asserere et vindicare haudquaquam dubiet. Verum enim vero quod ceteris oratoribus, qui haec in medium prodierunt, accidit, ut, quantumvis in praedicandis amoris laudibus studiosissime elaborarent, tamen in opi-

nionibus potius haerent, quam scientiam nomine suo dignam (*ἐπιστήμη*) attingerent, idem accidit etiam Aristophani. Quem Plato item informavit talem, ut, etiamsi urbanus, lepidus, denique facetus sit adeoque elegantissimo utatur sermone, qualem in eius fabulis regnare novimus, tamen et in dialecticis identidem labatur gravius neque ad scientiae vim ac sublimitatem ullo modo assurgat. Nimirum dicendum hic est quod nobis nunc videtur longe verisimillimum. Induxit enim Plato Aristophanem non tantum, ut haberet qui de amoris natura facete hilariterque exponeret, sed fecit hoc etiam eo consilio, ut leniter atque urbane iniuriam olim magistro a comico in Nubium fabula illatam ulcisceretur. De qua re nonnulla scite exposuit Ferdin. Delbrückius in commentatione De partibus, quas Aristophanes agat in Platonis Symposio, qua praelectionum in Universitate Fridericia Wilhelma Rhenana per menses aestivos a. 1839. habendarum indici praefatus est. Quippe falsi omnino videntur iudicio suo viri docti, qui Platonem censuerunt poetae comico indignitatem illam, qua olim Socratem in Nubium fabula tractaverat, postea condonavisse, ut etiam cum eo nescio quam amicitiam et familiaritatem contraxerit. Quod eo est incredibilius, quo acerbius in Apologia Socratis p. 19. C. et p. 21. de Aristophanis calumniis conquestus est. Quid aliud enim illa verba continent, nisi apertam reprehensionem et castigationem Aristophanis propter iniuriam Socrati in Nubibus illatam? Nec tamen hominem dicacissimum, cuius ceteroquin ingenium atque artem admiraretur, aperte aggredi et ad iracundiam lacessere sustinuit. Immo aliam iniiit iniuriae vindicandae viam et rationem, quae quum sua ipsius, tum etiam Socratis persona dignior videretur. Iussit quippe eum Agathonis convivio interesse ibique ea dicere, facere, audire denique, unde non modo intelligeretur, quantum ipse Socrati sapientiae laude concederet, verum etiam liquido appareret inania fuisse atque temeraria dicteria in Nubium fabula in hominem sapientissimum coniecta. Quod quidem tanto sollertius ita excogitavit, quod Agathonis convivium teste Athenaeo Olymp. XC. 4., hoc est septem fere annos post actas Nubes et septemdecim annos ante Socratis mortem, celebratum est, narratio autem Apollodori non ita multo ante Olymp. XCV. 1. habita fingitur. Itaque de

oratione, quam recitat, sic existimamus. Est illa omnino quidem perquam elegans, venusta et perspicua, itemque facetiarum lepore et dicacitatis urbanitate insigniter perfusa, quibus virtutibus omnes poetae fabulas splendere novimus; sed habet eadem, ut iam significavimus, etiam vitia haud exigua. Nam primum quidem tota haeret in physicis versaturque unice fere in causis, quibus naturalis erga alios amoris affectus nitatur, comice ac ioculariter illustrandis. Quamobrem existimare licet Aristophanem quoque a Platone inter eos habitum esse, qui non ultra vulgus superarent et quantum inter corporis atque animi amorem intersit, haudquaquam perspicerent, adeoque talem esse informatum, qui Socraticae sapientiae vim et amplitudinem mente animoque suo capere haudquaquam posset. Deinde oratio ipsius, quantumvis specie sua niteat, tamen acumine dialectico atque verae subtilitatis laude magnam certe partem plane destituta est. Nam figmentum quidem illud triplicis generis hominum trium primitivorum quis non videt speciosum potius et argutum esse quam ad rem propositam nova luce collustrandam idoneum? Neque varia amoris genera ab eo satis subtiliter distinguuntur, immo misere confunduntur; id quod tanto molestius accidit, quod iam superiores oratores ea de re non incommode dixissent. Nec vero illud facile excusaveris, quod ubi sermo devenit tandem ad sexus virilis amorem, hic protenus ad honestum spectare dicitur. Nempe etsi haec sententia Aristophani quoque probata est, quem novimus in fabulis suis saepissime turpem virorum lubricitatem exagitavisse, tamen nunc quidem causae et rationes, quibus ea nitatur, adeo non explicatae sunt, immo ne significatae quidem, ut propemodum mireris comicum post ea, quae antea exposuisset, iam derepente hanc talem sententiam proponere potuisse. At nimirum caret eius rei expositio omnino dialectica subtilitate, ut neutiquam mirandum sit eum hic quoque versatum esse licentius. Est igitur tota Aristophanis oratio, quamvis elocutionis ornatu et dictionis elegantia excellat, tamen ita comparata, ut auctorem ipsius a philosophiae studio mansisse alieniorem neque ad Socraticae sapientiae laudem adspirasse aut propius accessisse luculentissime testetur. Quod si ita est, haud sane temere conicias, quae causa Platonem impulerit, ut homini, quamvis quondam Socratis adversario, tamen

in eo opere locum concederet, quod laudibus atque gloriae viri sapientissimi destinatum esset. Nimirum urbane eleganterque legentibus voluit significare vel potius patefacere, quanto ille inferior Socrate fuisset, licet eum olim nefarie esset apud populi multitudinem calumniatus. Atque hoc ita recte statui etiam alia evincunt, quae in Symposio vel de Socrate vel de Aristophane exposita leguntur. Nam primum quidem comicus a Socrate pungitur sine dubio eo, quod hic omne eius studium circa Bacchum et Venere[m] versari dicit (p. 177. E.). Quod etsi ambigue dictum est, quandoquidem Bacchus praefuit etiam ludis scenicis atque Venus creberrime cum eo tanquam comes consociatur, tamen non caret certe virulentia quadam, quae fuit etiam sententia Fabricii Bibliothec. Gr. Vol. I. Libr. II. c. 21. p. 706., praesertim quum Aristophanes et pridie iam Agathonis epulis interfuerit et iuxta cum Agathone etiam altero die convivii inter ultimos potatores esse narretur, adeo ut potatione languidus denique obdormiscat (p. 228. D.), Socrate etiam tum alacri et ad disputandum prompto atque parato. Porro etiam singultus ille Aristophanis, licet et ipse aliquid habeat ambiguitatis, siquidem, ut supra ostendimus, etiam ad taedium ex Pausaniae oratione conceptum referri potest, tamen, quia fortasse ὑπὸ πλεθροῦς, e ventris plenitudine, ortus esse iudicatur, non plane vacare videtur irrisione, quippe quo eius notetur intemperantia, id quod placuit etiam Aristidi Tom. II. p. 371. ed. Dind. Accedit huc, quod Socrates ipse p. 205. D. E. sententiam eius de amoris causis explicatam satis aperte ab Diotima carpi et vellicari iubet, quodque Aristophanes narratur ad ista voluisse aliquid reponere, quod tamen deinde Alcibiade interveniente reticuerit. Porro in hac causa praetermittendum silentio non est, quod fabulae Aristophanis a Socrate deinde opponitur mythus longe ingeniosior, vera ille sapientia plenus ac refertus. Qui quod facete urbaneque tribuitur Diotimae, mulieri diviniore sapientiae mysteriis initiatae, id aperte valet quum ad irridendos reliquos oratores, tum imprimis ad ludificandum Aristophanem; omnibus enim vel peregrina mulier longe sapientior fuisse fingitur. Nec vero illud subsannatione quadam carere censemus, quod extremo dialogo, plerisque convivis domum reversis vel vino et somno gravatis, Aristophanes, Agatho atque Socrates usque sermones

miscuisse narratur de natura poeseos. Contendit nimirum Socrates tragicam et comicam poesin tam arcta inter se contineri necessitudine, ut poeta vere comicus item artis tragicæ, poeta vere tragicus etiam artis comicæ peritus esse debeat. Cui Agatho et Aristophanes ab initio quidem obloquuntur, quippe bene sentientes sese neutiquam in utroque genere excellere, mox vero ita assentiuntur, ut vel inviti confiteri coacti sint, sese veri poetæ nomine indignos esse. Enimvero ita quum Aristophani plaga inferatur haud sane levis, tum ipse Socrates utroque poeta longe superior evadere videatur necesse est, in quo Alcibiades elegantissima oratione sua utramque facultatem et comici et severi coniunctam cerni clarissime demonstraverit. Sed istud ipsum nos admonet, ut etiam Alcibiadis orationem aliquantisper consideremus, quæ sane ita comparata est, ut Socratis caussam adversus Aristophanem defendi facile appareat. De qua re imprimis acute exposuit Delbrückius l. I. p. VI sqq., quem hac in parte nostræ disputationis ducem habemus. Quippe finita Socratis oratione eo ipso tempore, quo comicus sese accinxit ad defendenda sua placita, subito intrat Alcibiades, vino gravatus, caput corona redimitus atque vittis, quibus detractis Agathonis tempora cingit; mox autem Socratem conspicatus, parte vittarum repetita, etiam admirabile illius caput redimit, qui dicendo omnes mortales superet. Edoctus deinde, quæ res agatur, sese negat coram Socrate quemquam alium sive deum sive hominem laudatum esse præter hunc ipsum. Quo facto venia rei impetrata exorditur orationem suam, vere sese omnia dicturum esse graviter asseverans. Initium autem facit a laudanda Socratis deformitate, comparans eum cum Silenorum statu, quæ extrinsecus nihil habeant quod placeat, reclusæ intus pulcherrima deorum simulacra ostendant. Quæ pertinent sine dubio ad deformem Socratis faciem in Nubibus repræsentatam, qua ostentanda comici histrio spectantium cachinnos movisset. Sed hæc ipsa Socratis cum Silenis similitudo deinde ita adumbratur, ut totius fere orationis fundamentum ea niti videatur. Iam vero Socrates in Nubibus etiam tamquam malarum tricarum sophisticarum atque turpitudinis et impudentiæ magister informatur. Quid ad hæc Alcibiades apud Platonem? Nimirum summis laudibus ille prædicat (p. 215. D. sqq. — 216. C.) admi-

rabilem vim sermonum divinatorum, quos a Socrate audiverit. Hic unus, inquit, omnium est mortalium, cuius oratione ita moveor ac percissor, ut mei ipsius me sæpe poeniteat. Hunc unum revereor; huic invitus obsequor atque pareo, ita ut eo præsentem negare non audeam faciendæ esse omnia, quæ ipse iusserit, licet, ubi ab eo discessi, rursus inani ambitioni deditus ad alia omnia abripiar. Quamobrem eum sedulo vito ac prope fugio; quum autem video, pudet me promissorum ipsi datorum turpiterque neglectorum. Quin etiam optem sæpe numero, ut ille e vita decedat; et tamen scio me, si id acciderit, longe maximo dolore ac moerore affectum iri. Tum vero laudat etiam invictam Socratis continentiam et abstinentiam (p. 216. C — 219. E.), laudat item urbanissimam eius ironiam, qua sese nihil scire simulet atque etiam aliis hominibus perpetuo illudere videatur. Quod semet ipsum adolescentem olim expertum esse narrat, qui frustra eius continentiam pulchritudinis suæ lenociniis tentaverit, ac potius ad philosophiam sermonibus eius conversus sit. Quibus verbis nemo est quin sponte videat confutari malas criminationes vel suspiciones, quibus juvenes corrumpere ferebatur, quum tamen eos sanctissime ad virtutem colendam hortaretur et impelleret. Sed propius ad Nubium argumentum pertinent ea, quæ inde a p. 220. C. de Socrate narrantur. Nam in Nubibus ille ridetur tamquam ineptus sophista, qui inanibus quaestionibus operam det, adeo ut etiam pulicum saltus metiatur. Quid vero idem agit in Symposio? Nimirum ibi inter media belli pericula atque labores in castris ad Potidaeam non modo invictam constantiam, moderationem et fortitudinem narratur retinuisse, sed etiam rebus gravissimis explorandis adeo fuisse intentus, ut aliquando divino quasi quodam furore correptus per diem et noctem immotus steterit, infixus sublimiorum rerum meditationi, atque solem orientem demum quum pie religioseque salutavisset, rursus discesserit. Quæ postrema videntur ad refutandam criminationem illam pertinere, cuius mentio facta est in Apologia Socrat. p. 26. D., ubi Soli ac Lunæ divinum honorem eripuisse arguitur. Et conferri cum istis Aristophanis diceriis possunt etiam illa p. 221. D. E., ubi eius sermones, quamvis prima specie ridiculi videantur, tamen plane divini atque plenissimi sapientia iudicantur esse. Omnino vero Socrati sophistæ,

qualem finxit Aristophanes, coelestia ac subterranea inani opera perscrutanti, in Symposio opponitur philosophus, qui primus, ut ait Cicero, philosophiam coegit de vita et moribus, rebus bonis et malis, quaerere devocatumque e coelo in urbibus collocavit et in domos etiam introduxit. Ceterum Aristophanis fabula etiam verbis disertis memoratur p. 221. A. B., ubi Socrates dicitur in fuga post pugnam ad Delium commissam utique superbum illum atque gravem servasse incessum, qui tangatur in Nubibus. Enimvero Alcibiade iudice incessus ille spectantibus non visus est deridiculus, sed certissimo argumento fuit in talis viri animo summam habitare fortitudinem, gravitatem atque constantiam. Denique ex Alcibiadis oratione etiam illud cognoscere et intelligere licet, qui tandem fieri potuerit, ut talis tantusque vir calumniae latus praerberet. Non obscure enim ille ostendit habuisse profecto Socratis omnem vivendi dicendique rationem mirum quiddam et insolens, quod fieri non possit quin absurdum et ineptum videatur cuique homini vulgari et a philosophia alieno. Atque talem Plato videtur etiam Aristophanem videri voluisse, quamquam eundem paullo ante nominavit inter amatores sapientiae. Quippe istud quidem non fecit ex animo, sed ironice vel benevolentiae captandae causa. Certe quidem nulla usquam sinceræ erga eum benevolentiae indicia et argumenta reperiuntur*).

Atque haec quidem omnia si vere aut saltem probabiliter disputata sunt, certe non amplius dubium erit aut controversum, quamnam personam Aristophanes in Symposio Platónico sustineat. Etenim agit ille sane partes poetae comici arguti, festivi, eloquentis, venusti. Sed tantum abest, ut ei interior quaedam tribuatur sapientia, sicut doctis quibusdam viris nuper visum est, ut alia omnia vera videantur. Nam licet puerorum et adolescentium amorem honestum tantum atque laudabilem probet, sicuti ceteri etiam oratores faciunt, tamen de universo amoris genere sententia eius admodum est lubrica et ambigua neque fere ultra physicam rationem

*) Tenendum omnino est nec Platonem in operibus suis quidquam prodidisse de Aristophane nec Aristophanem de Platone, unde de eorum necessitudine aliquid colligi liceat, ut alter alterum certe non ut amicum dilexisse videatur. Nam Thesmothorizusae nihil ad Platonem.

assurgit; certe cum sublimitate sententiae Socraticae nullo modo potest conferri. In dialecticis autem adeo nihil proficit, ut eius argumentatio aliquoties sit cassa nuce inanior. Denique quemadmodum ceteri oratores utpote rationis sophisticæ alumni tecte carpuntur atque irridentur, ita hic non solum ita loquens inducitur, ut Socraticæ sapientiae neque vita et moribus neque intelligentia et cognitione ullo modo particeps videatur, sed etiam ut Socratis adversarius facete perstringatur atque confutetur, quippe qui ad laudes Socratis ab ebrío Alcibiade praedicatas omnino tacere cogatur. Quod quidem si vere ita statuitur, probabile est Aristophanem quo tempore Plato haec scripserit, etiam tum in vivis fuisse necdum mortuum. Quocirca non temere Saxius Onomast. I. p. 46 sqq. eius obitum ad Olymp. LXXXIX. 1. retulisse existimandus est.

Verum satis haec de Aristophane. Progredimur denique ad orationem Agathonis. Is verò amorem laudat ut poeta tragicus, cuius pectus recenti victoria, quam modo reportavit, adhuc concitatum insolentius est et maiore quodam spiritu poetico agitatum. Praedicat autem hic quoque amorem honestum et cum virtute coniunctum, qui nihil habeat communionis cum humilitate lubricis. In quo negotio obeundo ab initio certe prudentissime versatur. Reprehendit enim superiores oratores, qui non tam deum ipsum laudaverint, quam homines propter bona felices praedicaverint, quae amori debeantur. In quo etsi quodammodo adversus illos iniquior est, qui partim eandem laudandi viam ingressi essent, tamen primus, quid rei sit, diserte eloquitur. Nimirum unam veram atque rectam laudandi rationem ait esse hanc, ut primum ostendatur, qualis quis ipse sit, ac deinde demum doceatur, quorum bonorum auctor sit habendus (p. 194. E. 195. A.). Itaque primum Amorem laudat ut omnium deorum et pulcerrimum et optimum, ideoque longe beatissimum. Nam pulcerrimum quidem esse censet ideo, quia natu minimus sit, senectutem usque fugiat et cum iuventute conversetur, quo nomine docte obloquitur Phaedro, qui eum tamquam antiquissimum praedicavisset. Cum iuventutis autem flore perpetuo hoc coniunctum esse arbitratur, quod sit etiam tenerrimus, mollissimus, florentissimus. De quo ita sermocinatur, ut eum animos tenerrimos occupare, molliter mentes intrare, floridum florida corpora

floridosque animos inhabitare poetice magis quam subtiliter ostendat (p. 195. D — 196. B.). His vero expositis deinde eum docere instituit etiam quattuor illis virtutibus, quas vulgo dicunt cardinales, insignem ideoque optimum esse (p. 196. B — 197. C.), quae et ipsa multipliciter exornantur, ut nec desit in iis quaedam luxuria ac festivitas, qualis sane iuvenem tragicum deceat. His omnibus autem denique subiunguntur communes dei laudes, quae, sicuti cum singulari mentis concitatione atque exultatione proferuntur, ita etiam manifesta prae se ferunt artis rhetoricae ornamenta maximeque antithetis et isocolis studiose quaesitis et cumulate acervatis insignes sunt (p. 197. C — E.). Itaque Agathonis oratio refert nescio quid tragici coloris sophisticae artis pigmentis obducti. Postremam autem eius partem apertum est ita esse comparatam, ut unde fucus ille oratorius ductus sit, nemo quisquam ambigat. Habet enim sermo manifesta Gorgianae eloquentiae signa et argumenta, id quod Socrates etiam verbis clarissimis prodit p. 198. C., qui sese lepidissime audiendis istis ait Gorgiae esse commonefactum. Et conferas etiam de Gorgiae dicendi artificis Plat. Gorg. p. 448. C. 467. B. et Cic. Orat. 25., ubi ratio eius vel describitur vel imitando expressa est. Itaque Agatho manifesto notatur atque carpitur tamquam tragicus ex Gorgiae schola profectus, cuius oratio, iam alioquin grandisona, tumida et inani arte calamistrata, etiam sophisticum colorem traxerit. Et habet ea profecto pro vera sententiarum magnitudine vanum tumorem, pro acumine putidum argutiarum frigus, pro copia divitiisque inertem quandam atque iuvenilem luxuriam, pro nativa numerorum suavitate et elegantia inanem lusum, quo paria paribus relata, similiter conclusa eodemque pacto cadentia accumuluntur, denique pro veris virtutibus dictionis et eloquutionis vitia illis affinia. At nimirum hanc dicendi rationem Agathonis propriam fuisse discimus etiam ex Aristoph. Thesmophor. v. 39 sq. 60., ubi v. Kuster. et Bergler., vers. 107 sq. v. 198., ubi conf. ann. Fritsch., Aeliano Varr. Hist. XIV. 13., ubi v. Kuhn., et Philostrato Vit. Soph. I. p. 497. ed. Olear. Quamobrem non est dubium huius quoque orationem esse tamquam ad vivum expressam planeque ad similitudinem dictionis, qua alias utebatur, comparatam. Verum enim vero quum eum manifestum sit ita loquentem in-

ductum esse, ut vitia, quibus eius oratio laborat, lepide festiveque carpantur, adeoque omnis amoris laus, quam praedicat, mere poetica atque vana et inanis sit, tamen quod de reliquis oratoribus adhuc dicere licuit, idem de ipso quoque dicendum est. Loquitur enim de amore sic, ut, quamvis ad interiorem vim et naturam eius aperiendam ac declarandam nihil prope conferat, tamen foedae lubricitatis cogitationem procul arceat atque unum castum purumque amorem in mente habere iudicandus sit. Praeterea vero etiam, sicuti antea viderimus, ab initio orationis suae profert praeceptum dialecticum, quod ad argumenti tractationem perquam conducibile est. Quod enim censet in omni laudatione ita esse versandum, ut primum indicetur, qualis sit is, qui laudetur, deinde autem ostendatur, quaenam dotes aut virtutes ei tribuendae sint, id tam prudenter animadversum est, ut ipse Socrates eam rationem deinde non modo assensione sua comprobet, sed etiam in orando per omnia sequatur planeque suam faciat. Quamobrem haec praeceptio dialectica eam habet vim, ut quasi per eam instituti ac praeparati ad Socratis orationem accedamus.

Sed satis haec de quinque orationibus prioribus. Quibus continuo subiungere placet quae Socrates in orationis suae prooemio exponit. Nimirum quemadmodum iste in Apologia Platonica ita loquens inducitur, ut genere dicendi iudiciali spreto ac neglecto potius subtiliter disserendi consuetudinem usurpet in foro non usitatam, ita in Symposio quoque, misso genere dicendi panegyrico, quo ceteri usi sunt, protenus rem dialectice pervestigare atque exquirere instituit. Quod non temere ita factum esse quis est quin sibi facile persuadeat? Enimvero isto quidem pacto dialectica veri investigandi ratio, quam unam Plato iuxta cum Socrate idoneam ad philosophandum esse censuit, opponitur continuae orationi, qua quum rhetores, tum sophistae utebantur, adeoque significatur, de quo quum alicui, tum inprimis in Gorgia atque Phaedro disputatur, veram artem dicendi dialectices praesidio et adiumento haudquaquam carere posse. Sed videamus, quidnam illud sit, quod Socrates auditis illis orationibus in medium proferat.

Finita igitur Agathonis oratione ille faceta cum irrisione inde a p. 198. A. perstringit superiores amoris

laudatores, initio facto a postremo oratore. Verusne vates fui, inquit, quum dicerem me ultimo loco dicentem inprimis ab Agathone in magnam consilii inopiam coniectum iri? Nimirum is certe tam pulcram et copiosam habuit orationem, ut non habiturus videar quod dicam melius. Licet enim cetera, quae dixit, minus fuerint admirabilia, tamen postrema, quae protulit, adeo me perculerunt, ut paene prae metu ac pudore aufugerem, praesertim quum Gorgianum caput mihi obtendere videretur. Intellexi igitur temere me promisisse, me et ipsum vobiscum laudare velle amorem, quoniam essem artis amatoriae peritus. Quippe putaveram eundem vera esse dicenda de quaque re, quae celebranda esset, et hoc debere tamquam fundamentum laudationi subiectum esse, ex his ipsis vero eligi oportere pulcherrima electaque quam aptissime componi. Nunc vero apparuit non in hoc contineri pulcram rei cuiusque laudationem, sed potius in eo cerni, ut ei quam maxima et praestantissima attribuatur, sive vera sint sive falsa. Nimirum propositum iam sane hoc videtur omnibus esse, ut amorem quisque videatur quidem laudare, sed non revera laudet: unde vos id studuistis, ut ille praestantissima quaeque sibi propria videretur habere, iis scilicet, qui nullam ipsius intelligentiam habeant. Huius vero laudandi artis fateor me plane imperitum esse. Itaque date mihi hoc, ut vestra ratione derelicta meo iam more dicam, ne forte vobis debeam ludibrium. Vera enim de eo praedicabo sine omni verborum ac sententiarum ornatu. Quamobrem sinite me ante omnia Agathonem pauca quaedam interrogare atque rem paullisper disceptare disserendo, quandoquidem aliter dicere non possum. Quibus praemissis deinceps inde a p. 199. C. usque ad p. 201. C. subtiliter docet amorem semper ad aliquid referri neque absolute per se cogitari posse. Quo concessio Agathonem continuo eo redigit, ut etiam largiatur amorem iis, ad quae referatur, penitus carere, quippe quae appetat et concupiscat. Quum vero Agatho ipse dixisset amorem esse omnium pulcrorum effectorem, proterus inde colligit, Agathone quidem non reluctantante, id, ad quod amor referatur, nihil aliud esse quam pulcrum eumque pulcro carere ideoque nec ipsum pulcrum dici posse. Ex quo deinde porro concludit, ad pulcrum quoniam bonum quoque pertineat, amorem etiam bonis carere ideoque

ipsa appetere. His vero ita disputatis postquam fundamentum iecit eius sententiae, quam deinceps defendit, quaque ita statuit, ut amorem censeat infinito quodam appetitu pulcri et boni contentum esse, continuo praecedente Diotima Mantineensi inde a p. 201. D. docere instituit, quis et qualis sit amor et quae efficiat. Enimvero ista ratione quum non sine irrisione orationem mulieris opponat superioribus virorum orationibus, tum etiam elegantissime significat agi iam de re maxime excelsa, sublimi, sancta, divina, quam una mens diviniore sapientiae tamquam sacris initiata capere et intelligere queat. Quamquam Plato hoc invento suo videtur etiam aliud quid spectavisse. Voluit enim, nisi fallor, tamquam tecte significare, doctrinam istam amatoriam, quam Socratem fecit Diotima duce explicantem, altiore esse utique et reconditiorem, quam quae Socraticae rationi accepta referretur, atque totam pertinere ad philosophiam sublimiorem. Verum istud quidem verbo significasse satis erit; revertimur tandem ad id, quod nobis propositum est, ut aliquando quaestionem de universi Symposii fine et consilio susceptam profligemus et ad exitum perducamus.

Videmur autem nunc perlustratis quinque orationum priorum argumentis satis demonstravisse, verum esse quod statuimus in superioribus, spectare has orationes omnes primum non aliorum nisi huc, ut quasi imago et pictura quaedam proponatur amoris masculi, qui inter Graecos quum ipse per se honestus putabatur, tum etiam ad alendum virtutis studium non medioere videbatur afferre auxilium. Omnes enim oratores hunc unum spectant, hunc unum illustrant, hunc unum laudant. Quamquam id faciunt sic, ut alius eum alia ex parte spectet et contempletur. Nam Phaedrus illum omnino et generatim laudat opibus poeticis et mythologicis usus. Pausanias autem sublata, quam ille reliquerat, obscuritate et ambiguitate, eum definit accuratius; distinguit enim amorem vulgarem et coelestem, quorum tamen alterum tantum laude dignum esse ostendit, id quod ita facit, ut simul varias amandi rationes inter Graecas gentes usitatas fideliter describat. Itaque procul dubio huius potissimum oratione id efficitur, ut mos ille amandi qualis revera fuerit, accuratius cognoscamus clariusque perspiciamus. Iam vero Eryximachus amoris ambitum ostendit etiam latius patere, quippe quum totam rerum universitatem pervade-

getur; qua quidem oratione id, quod in vita hominum cernitur, haud absurde comparatur cum communi lege naturae universae, ut illi tamquam nova quaedam lux affundatur. Revocat tamen proximus orator, Aristophanes, disputationem, sicut fuit consentaneum, rursus ad unam naturam humanam, atque lepida fabula enarranda hilariter et ridicule amorem humanum ex naturali quodam sexualis indigentiae sensu repetit, ut tota fere ratio eius physica videatur. Quo facto denique Agatho, comico poetae ordine succedens, eius amoris, quem etiam Phaedrus et Pausanias intellexerant, laudes tragice quidem, sed admixto item inani sophisticae et rhetoricae fuco celebrat. Itaque omnes ac singuli, ut diximus, in eo elaborant, ut amoris probi et honesti virtutes atque bona in illustriore luce collocent. Ex quo apparet Platonem his orationibus vulgarem amorem eumque castum atque probum adumbrari voluisse, qui divino illi tamquam ex altera parte ita esset oppositus, ut, quum illi videretur contrarius, tamen item cum eo in teriore quadam contineretur coniunctione ac necessitudine. De qua quidem utriusque contrarietate ac necessitudine videmur iam in superioribus satis exposuisse, ut hoc loco de ea nihil addendum sit.

At enim vero etiamsi hoc illis orationibus sine dubio propositum sit, tantum tamen abest, ut res in disputationem vocata dilucide explicetur aut ad liquidum perducatur, ut legentibus eius tamquam species tantum et veluti umbra exhibeatur. Nam unusquisque dicentium particulam tantum veri, subinde etiam miris argutiis obfuscatam, in medium affert. Quamobrem Socrates orationis suae principio illos omnes facete deludit. Nimirum versatur amor iste, qui depingitur, unice in opinione (*δόξα*) neque attingit absolutae veritatis scientiam (*ἐπιστήμη*). Quam ob rem tanta regnat inter dicentes de eo iudiciorum varietas tantaque sententiarum fluctuatio, ut alii aliter de eo statuunt neque quisquam de eius vi et natura certum expromat iudicium.

Accedit vero ad haec, quod qui verba faciunt nec ullo modo tenent artem illam, quae una valet ad cognoscendam veritatem plurimum. Ea vero est dialectica. Quae quum omnino veri et boni indagatrix sit certissima, tum etiam, ut iam supra significavimus, ars est vere amatoria, quandoquidem immenso illi aeternae pulchritudinis desiderio, quo animus amantis phi-

losophi usque flagrat et inflammatus est, tamquam succurrit efficitque hoc, ut ei aliquando satisfieri queat. Etenim philosophia quum secundum Platonem non sit certarum quarundam rerum explorata scientia, sed uno studio sapientiae contineatur, de qua re v. Phaedr. p. 276. A. sqq. 278. D. Symp. p. 204. A. sqq. Phaedon. p. 64. A. sqq. Gorg. p. 482. A. sqq. De Rep. II. p. 375. E. sqq. V. p. 475. D. sqq. 485. B., facile intelligitur ad illam omnino haec duo requiri, primum quidem naturalem quendam animi motum atque appetitum et quasi furorem, quo usque ad cognitionis et scientiae studium auferamur perpetuoque divinae veritatis desiderio repleamur, deinde etiam artem, qua efficiatur, ut ad earum rerum cognitionem aliquam pervenire liceat, quarum cognoscendarum atque contemplandarum cupiditate animus pro nativa indole sua captus tenetur. Et illum quidem animi appetitum philosophus amorem nuncupavit, de quo dictum est antea; artem autem ei tamquam suppetias ferentem dixit dialecticam, quam quidem et ipsam voluit hominibus divinitus et quasi sortito obtigisse, sicuti ex Phaedr. p. 249. C. sqq. et Phileb. p. 16. C. intelligitur. Huius vero munus non in alia re magis cernitur, quam in eo, ut aditum ad aeternae veritatis campum veluti aperiat atque menti infinito illius desiderio occupatae eoque laboranti tamquam instrumentum illius cognoscendae suppeditet (v. praeter alia Phaedr. p. 249. B. Phaedon. p. 75. B. usque ad 76. E. De Rep. VII. p. 531. D. sqq. 534. C. Phil. p. 57. E. sqq.). Unde philosophi, qui in aeterna veritate cognoscenda atque exploranda unice occupati sunt, merito habentur dialectici (Soph. p. 253. E. Phaedon. p. 65. A. 67. B. De Rep. V. p. 475. B. 476. B. 477. A. 479. A. VII. p. 521. C. 534. C. al.). Quamquam non minus illius officium hoc est, quod in disserendo, quaerendo, sermocinando versatur. Quo quidem nomine quantopere ipsa amatoria disciplinae inserviat, quum iam supra explicatum sit, hoc loco denuo explicare supervacaneum arbitramur. Hanc igitur artem unus tenet Socrates; ceteri oratores eadem prorsus carent ideoque etiam veri amoris vim naturamque minime assequuntur, immo ne illius quidem amoris rationes, qui in ipsa vita communi versatur, commode laudare sciunt. Nimirum poetica pariter atque rhetorica Platonis iudicio a verae scientiae laude est alienissima, sicuti quum alibi, tum

inprimis in Gorgia atque Phaedro ostenditur; conf. Phaedr. p. 248. D. E., ubi in ordine vitarum vita poetarum sexto et vita sophistarum octavo loco collocatur; Apol. p. 22. C. Ion. p. 533. D. sqq. De Rep. VII. p. 531. E. 534. B. Phaedon. p. 76. B. Quamobrem nec illarum ope effici potest, ut vis et natura istius amoris penitus recludatur; immo vix illud efficitur, ut externa quaedam rei disceptatae species et imago adumbretur.

Atque haec quidem omnia qui diligenter animadverterint, ii certe iam non amplius dubitabunt, quorsum tecta illa irrisio rhetorum ac poetarum, de qua in lustrandis singulorum orationibus identidem monuimus, denique referatur. Quemadmodum enim divinus amor humano ex adverso positus est, ita etiam dialecticam vero germanoque philosopho propriam apparet oppositam esse rhetoricae atque poeticae, quippe quae cum ipsa scientia (ἐπιστήμη) nihil habeant necessitudinis atque ad unam solam opinionis levitatem et inconstantiam pertineant.

Sed his ita expositis iuvabit tandem summam declaravisse, quidnam summum illud atque ultimum videatur esse, quod universo Symposii operi sit propositum. De qua re paucissimis absolvere licebit.

Itaque omnino quidem Platoni in condendo hoc opere illud fuit propositum, ut ostenderet ac demonstraret, quibus quasi gradibus ab amore illo honesto propagandae virtutis et sapientiae caussa in vita communi celebrato paullatim ad divinarum rerum amorem, hoc est ad veram philosophiam, escenderetur*). Hoc autem consilium suum elegantissime atque singulari ingenii solertia ita exsequutus est, ut non solum divinum et vulgarem amorem inter se opposuerit, imagine utriusque pleniore et illustriore exhibita, eaque ratione ostenderit, tum quantum alter alteri antestaret, tum etiam qua uterque inter se necessitudine contineretur, verum etiam dialecticam cum rhetorica et poesi composuerit, utpote iuxta cum diviniore amore ad philosophandi rationem unice necessariam, eaque opportunitate usus oblique significaverit nec rhetores nec sophistas nec poetas eos esse, qui aut quid esset studium sapientiae intelligere

*) De eadem re olim haec scripsimus: „Nichts geringeres hatte Platon vor Augen, als zu zeigen, wie bei dem wahren Weisen die irdische Liebe sich zur himmlischen verkläre.“

aut quaerendi disserendique ratione sua rerum vim naturamque exquirere et salva veritate in illustriore luce collocare ullo modo possent. Quo quidem modo callide et veluti per transennas etiam illud significavit, quod ut intelligeretur sane plurimum ipsius debuit interesse, quia via et ratione vita communis altius ad philosophiae dignitatem evehi et extolli posset. Nam amore illo legitimo et communi more recepto paullatim ad altiorem sapientiae amorem educto itemque rhetorica et poesi ad dialecticae rationem composita apertum est etiam universam vitam, tam publicam quam privatam, iudicio eius emendari, perfici et propius ad philosophiae dignitatem et excellentiam educi. Quamquam philosophus in Symposio quidem de unis maxime amoris rationibus egit, alteram sententiae partem obiter tantum et secundaria opera attingit, accuratius iam in Phaedro illustratam illam. Iam vero haec omnia praeclaro artificio etiam ita adornavit ac tractavit, ut una eademque opera etiam Socratem tamquam sapientis in ipsa vita constituti egregiam imaginem proposuerit eumque simul etiam ab criminatibus adversariorum, inprimis Aristophanis, urbanissime vindicaverit. Nam finxit profecto eum philosophum amatorem, qui, etiamsi non maxima quaeque assequutus esset, quae ad perfecti amoris laudem requirerentur, tamen summa ope ad maxima quaeque contenderet praestantissimisque virtutibus ad obtinendam perfecti amatoris laudem necessariis ornatus esset. Aristophanem autem una cum eo ita iussit Agathonis convivio interesse, ut et ipse videretur admirabili sapiente inferior et tacitus egregias illius laudes suis ipse auribus audire ac percipere cogere.

En habes nostram de Symposii argumento atque fine sententiam, qua quidem explicanda si id consequuti simus, ut saltem aliquid ad iuvandam divini operis intelligentiam contulisse existimemur, ex animo laetabimur; sin aliter, certe nos boni consilii conscientia consolabitur, quippe qui unice id spectaverimus, ut libro etiam nunc saepius lecto quam intellecto pro viribus novae lucis aliquid affunderemus.

Neque tamen inutile erit, opinor, etiam potiora iudicia aliorum cognovisse, qui recentiore aetate de Platonicis consilii ratione et compositione disputaverunt, si forte fieri possit, ut inde etiam melius quid repetatur, quod ad operis artem ac rationem rectius iudicandam aesti-

mandamque valeat. Nolumus enim penitus ignorari aliorum hoc in genere merita. Quamquam nobis hoc dabitur, ut subinde breviter addamus caussas, cur aliter atque illi sentiamus.

Viguit igitur recentiore tempore aliquamdiu ea opinio, ut Plato in scribendo hoc opere id egisse putaretur, ut vanae de Socratis erga ingenuos adolescentes, inprimisque Alcibiadem, amore criminationes impugnarentur, atque doceretur amorem illum non fuisse turpem et illicitum, sed honestum atque legibus convenientem. Quam quidem sententiam praeter Diderotum in Diction. Encyclop. s. v. *Composition* tutati sunt maxime Fr. Aug. Wolfius Prolegg. ad Sympos. p. 38 sq. et Henr. Ludovic. Hartmann. Prolus. De proposito Symposii Platonis. Gubenaec, 1797. 4., qui summam libri una potissimum Alcibiadis oratione contineri censuerunt. Quae ratio cur improbabilis sit, propemodum sponte apparet. Nam primum, ut alio loco ostendimus, de istis criminationibus nihil fere innotuit. Deinde hoc si Platoni in elaborando convivio fuisset propositum, multae operis partes forent supervacaneae. Itaque merito nunc sententia virorum doctissimorum reiecta est. His vero proxime successit Fr. Schleiermacherus, qui tamen et ipse censuit in Socratis tamquam sapientis laude quaerendum esse primarium scriptionis argumentum ideoque etiam Alcibiadis orationi plurimum tribuendum esse arbitratur. Quippe statuit vir egregius Symposium et Phaedonem arctissima necessitudine coniunctum esse cum Sophista et Politico. Quocirca putat in Symposio et Phaedone illam exhiberi sapientis imaginem, quam Plato in principio Sophistae a se illustratum iri promiserit. De qua re Tom. II. Part. II. Praefat. ad Symp. p. 369 sqq. ita scripsit: „Für den, der die Sache auf eine freiere Weise betrachtet, ist jene Trilogie nur schöner und herrlicher vollendet gemeinschaftlich durch unser Gespräch, das Gastmahl, und durch das nächstfolgende, den Phaedon, in welchen beiden zusammengenommen Platon uns ein Bild des Philosophen darstellt in der Person des Sokrates, und zwar zeigt er ihn im Phaedon, wie er im Tode erscheint, in unserem Gastmahl aber wird derselbe, wie er gelebt, verherrlicht durch jene Lobrede des Alkibiades, welche doch offenbar der Gipfel und die Krone des ganzen

Gesprächs ist, und uns den Sokrates darstellt in dem unermüddlichen Eifer der Betrachtung und in der freudigen Mittheilung, in der Verachtung der Gefahr und in der Herrschaft über die äusseren Dinge, in der Reinheit aller seiner Verbindungen und in seiner innern Göttlichkeit unter dem leichten und fröhlichen Schein, kurz in der vollendeten Tüchtigkeit des Leibes und der Seele und also des ganzen Lebens.” Haec igitur ille de ultimo operis consilio atque fine. Si vero quaeritur de declamationibus illis amatoris a prioribus quinque oratoribus recitatis, censet illas vir egregius ad Lysidem referendas esse, quem dialogum ipse Phaedro appendicis loco subiunctum voluit. Nam quae in Lyside enumerentur et coarguantur amicitiarum caussae, eas ait hic omnes commemorari ac denuo recenseri. Quippe Phaedrum ita dicentem induci, ut caussam amoris censeat inesse in appetitione boni; Pausaniam ita verba facere, ut eandem illam quaerat in similitudine; Eryximachum illam ponere in dissimilitudine et habitu contrario; denique Aristophanem suam sententiam non in medium proferre, sed comice ridere eos, qui amorem eo referri censuissent, ut coniunctio cum eo, quod esset cuiusque proprium, efficeretur. Haec igitur Schleiermacherus. Qui quae addidit praeterea ad sententiam suam vel exornandam vel confirmandam, ea, ne prolixior evadat nostra narratio, silentio praetermisisse consultum duximus. Praestat, opinor, paucis significasse, cur a viri summi sententia discedendum esse statuerimus. Etenim primum quidem de amatoris illis orationibus aliter plane atque ille existimamus, quas nec cum Lyside dialogo ullo modo cohaerere nobis persuasum est. Deinde Symposio ut concedamus aliquid necessitudinis cum Phaedone intercedere, quamquam hanc ipsam necessitudinem perquam exiguam esse contendimus, tamen idem illud una cum Phaedone referri ad Sophistam et Politicum plane est incredibile. Nam Politici et Sophistae argumentum a Symposio et Phaedone mirum quantum abhorret, ut nec qui ibi promittitur sapiens is sit, qui secundum Schleiermacherum in Phaedone et Symposio informatus est, sed potius dialecticus, qualis in Parmenide exhibetur. Denique ne illud quidem nobis videtur vere iudicatum esse, quo uno maxime Schleiermacheri ratio nititur, omnem Symposii summam postremo eo redire, ut imago atque species

perfecti philosophi, qui in ipsa vita versetur, legentibus ante oculos poni existimanda sit. Etiam si enim philosophia Platonis iudicio cernitur in perpetuo studio sapientiae atque acerrima redintegranda idearum cognitionis cupiditate, adeoque hanc vim habet, ut qui ei deditus sit, is et aeternae rationis praeceptis usque obtemperet et se virtutis ac sapientiae amore beatum esse sentiat, tamen nec Alcibiadis oratione eiusmodi sapientis imaginem informari meminimus, quae potius in vero germanoque Socrate depingendo versari existimanda est, nec omnino in Symposio id unum agi putamus, ut philosophi isto modo informati species depingatur. Quamobrem aliquanto certe probabiliora videntur, quae breviter quidem, sed perquam acute scripsit Fr. Astius De vita et scriptis Platon. p. 309. Symposii summam eo denique redire arbitratus, ut verus germanusque amor tamquam viva et immortalis philosophia describatur, quae referatur ad aeternam divinamque pulcritudinem atque verae virtutis laudem propositam habeat (*die echte Liebe als die unsterbliche Philosophie darzustellen, deren Zweck wahrhaftige Tugendbildung und deren Gegenstand die unvergängliche überirdische Schönheit ist*). Nempe spectant profecto omnia in Symposio denique ad divinarum rerum amorem eiusque studium informandum atque depingendum. Neque tamen Astius illo effato suo complexus est omnia, quae ad iudicium de toto opere prudenter regendum necessario respicienda sunt; neque etiam ullo modo declaravit, quamnam putaret inter orationem Socratis et Alcibiadis intercedere necessitudinem aut qualem statueret quinque priorum orationum cum reliquo opere nexum et cohaerentiam. Quamquam eum iure suspicari licet cum Schleiermachero plurimum tribuisse orationi Alcibiadis, quum iis, quae supra retulimus, paullo post subiunxerit haec: „Im Symposion wird der vollendete Mensch selbst geschildert als Erotiker und Weiser.“ Sed transiisse iuvabit ad aliorum quoque virorum doctorum iudicia, quorum auctoritas in hac caussa non temere negligenda est. Etenim a Schleiermacheri ratione magnam certe partem pendet etiam L. I. Rückertus, quamvis in aliis ab eo recedat longissime. Is enim in edit. Conviv. Plat. p. 218 sqq. Platonem censet in Symposio sub persona Socratis proposuisse imaginem philosophi omni virtute

cumulati, hoc est tam vitae ad veritatis regulam compositae honestate quam veri perscrutandi studio ac solertia insignis; amatorias vero orationes omnes non tam eo pertinere vult, ut exponatur de amore, quam potius eo, ut recte inquirendi via demonstraretur (v. praeter alia p. 324 sqq. l. l.); nam Phaedri oratione explodi Tisiam eiusque disciplinam (p. 259 sqq.); Pausaniam loquentem induci, quo Protagoras vel Hippias vel Xenophon carpatur (p. 265.); sub Eryximachi persona latere Hippiam Eleum (p. 270.); Aristophanem agere Prodicum partes in rimandis verborum discriminibus studiose versati (p. 280.); Agathonis oratione notari Gorgiae perversitatem (p. 284.); denique ne Socratis quidem orationem ad explicandam Platonis de amore sententiam pertinere, sed unice eo spectare, ut disputatione ab eo instituta, quae superioribus orationibus opposita sit, tamquam illustri exemplo demonstraretur, recta et vera quaerendi ratio qualis esse debeat (p. 304 sqq.). Haec igitur Rückertus, quae si sciscitaris, equi nobis placeant, quid respondeamus, utique in promptu habemus. Nam quum plura in iis insint, quae a veritatis rationibus ideo abhorreere videntur, quia potius mero arbitratu posita atque conficta quam ex limpidis doctrinae fontibus hausta sunt, tum imprimis illud perquam mirum accidit, quod, Rückertum si audimus, quum Plato loquentes ab initio usque ad exitum libri de amore disputare iusserit, tamen postremo omnis fere disputatio non ad hunc ipsum, sed ad alia omnia spectare existimanda est. Quod quis est qui sibi persuadeat vel tantillum habere verisimilitudinis? Accedit huc, quod viri sagacissimi ratione probata vix perspicitur, quomodo totius operis partes apte inter ipsas cohaereant, ut ei profecto omnis vere artificiosae compositionis laus eripienda videatur. Verum enim vero quum merito ingeniosam Rückerti audaciam mirari liceat, tamen non defuit, qui ipsum hoc quidem nomine etiam vincere et superare conmitteretur. Est is A. Hommelius, qui in Prolegom. ad eam quam fecit editionem Symposii, amplius illam commentariis instructam, de operis totius arte et compositione fusius disseruit. Quippe putat Hommelius Phaedri oratione mythologiam, Pausaniae politicon, Eryximachi scientiam, Aristophanis artem repraesentari; quibus quidem rebus quoniam universa generis humani vita absolvatur, du-

bitari vix posse arbitratur, quin Plato istis orationibus miseram vitae conditionem designare voluerit, quam ipse iudicaverit vero certoque carere fundamento; his autem orationibus subiectam esse ait orationem Socraticam, qua infirmum illud ac lubricum vitae fundamentum fulciatur, emendetur et corroboretur; ea enim luculente doceri, homines amoris ope, quem ipse humani generis indolem interpretatur, ad sapientiam esse adducendos; denique postremo loco orationem Alcibiadis exhiberi statuit, quo lectores edoceantur, qualis sit et qua fruatur vitae felicitate, cuius vita vi erotica tamquam fundamento nitatur et qui non aliam quam eroticarum rerum scientiam profiteatur (v. p. XXXIII. XLIII. XLV. l. c.). Quae qui vel leviter consideraverit, is certe protenus animadvertet attribui Platoni falsissima, ex novitia sapientia assumpta, de quibus philosophus nec somniaverit. Iam vero missis ceteris, quorum scripta nobis non in manus venerunt, Röttschero, Schweglero, aliis, de quibus breviter retulit Susemihl. in Schneidewini Philologo Vol. VI. a. 1851. Fasc. II. p. 177 sqq., memorasse adhuc iuvabit, quid vir *πλατωνικώτατος*, Car. Frid. Hermannus, de Platonici operis fine atque consilio censuerit. Is enim in libro, qui inscriptus est: *Geschichte und System der Platonischen Philosophie*, Vol. I. p. 521 sqq. item de hac re disputavit copiosius. Convenit autem illi, si quid iudicare possumus, nobiscum de eo, quod inter orationem Socratis atque Alcibiadis eandem fere statuit intercedere rationem ac necessitudinem, quam nos intercedere dudum videmur docuisse in altera Symposii nostri editione Praef. p. 15 sqq. (v. p. 524 sqq.). Nec vero de reliquis ille multum a nobis dissentit, quamquam nec ea, quae scripsit de prioribus orationibus amatoris, quibus censet legentes pedetentim ac paullatim ad orationem Socraticam praeparari et ad eius intelligentiam veluti propius perducere, nec illa, quae uberius de Symposii cum Phaedro necessitudine disputavit, omni ex parte cum nostra sententia concordant. Etenim instituta Phaedri et Symposii comparatione in Phaedro quidem doceri arbitratur, amorem, qui percipitur sensibus, vulgarem homini esse turpem atque noxium eundemque animum humi defigere ac deprimere, ideoque eum, qui non amet, longe praefendum esse amanti, qui inhonesto amori indulgeat, licet alioquin amor celsum quiddam atque generosum sit;

in Convivio contra id agi censet, ut amorem ostendatur ex nativo indigentiae et inopiae sensu animis humanis ingenerato prodire eumque sensum pertinere aequaliter ad tres animi partes in Phaedro descriptas, ita ut denique ad ipsam puleri perfecti speciem et imaginem perducamur, in qua intuenda atque contemplanda amor philosophi contineatur (p. 522 sqq.). Nos vero quemadmodum de argumento utriusque dialogi multo aliter existimamus, ita etiam de coniunctione et nexu, quo alterum opus contineatur cum altero, sic statuimus, ut nostrum ea de re iudicium ab illius sententia seiungendum statuamus.

Habet vero Symposium cum Phaedro arctissimam necessitudinem et cognationem, quae vel ex eo intelligitur, quod non solum in utroque opere doctrinae amatoriae Platonis tamquam propria sedes constituta est, sed etiam in Symposio p. 182. A. manifesto respicitur ad Lysianam orationem in Phaedro recitatam. Quin etiam verissime affirmare licet, Symposium non posse intelligi nisi ab iis, qui Phaedrum quoque accurate pertractaverint, ac vicissim Phaedri lectionem necessario cum lectione Symposii coniungendam esse. Quamobrem certe non inutile erit paucis significavisse, quidnam tandem sit, in quo ista cognatio utriusque operis contineatur. Quamquam ea de re breviter tantum explicabimus, quandoquidem angustiae huius libelli tantae amplitudinis disputationem haudquaquam capiunt.

Itaque primum quidem animadversione dignum est, quod in utroque opere id potissimum agitur, ut divini amoris vis et natura aperiatur et quanta sit eius maiestas atque dignitas, grandi oratione declaretur. Quod certe vel solum sufficit ad demonstrandam utriusque libri necessitudinem arctissimam, quandoquidem in hoc ipso sine dubio primaria pars argumenti, in quo illi illustrando versantur, quaerenda est. Nam gravissime profecto errarunt qui in Phaedro disputationem putarunt unice spectare ad arguendam rhetorices vanitatem, ita ut orationes quae declamantur amatoriae pro exemplis eloquentiae habendae sint. Qua opinione nihil esse perversius in Prolegomenis ad alteram Phaedri editionem demonstrare constituimus. Iam vero tam in Symposio quam in Phaedro etiam divinarum rerum amor philosophis proprio tamquam e regione collocatur amor masculus isque castus, probus, honestus, qui

licitus et communi more receptus erat. Quod quidem ita fit, ut non modo ostendatur, quam hic cum illo cognatione contineatur, verum etiam appareat, quantum inter utrumque discriminis intercedat. Quamquam id aliter peragitur in Phaedro, aliter in Symposio. Nam in Phaedro quidem simpliciter opponitur amor adolescentium inter Gracos pro honesto probatus divino illi amori, quo pectus philosophi calere indicatur; in Symposio autem res ita instituitur, ut vulgaris amoris, hoc est eius, qui vulgo regnabat, variae tamquam species ostendantur adeoque varii ac multiplices gradus designentur, quibus paullatim altius ad divini amoris laudem atque virtutem escendi possit, quod quidem ita in Diotimae oratione fieri meminimus. Sed hoc ipsum eiusmodi est, ut etiam tertium quiddam admoneamur, in quo Symposii et Phaedri cernitur necessitudo non exigua. Nam utriusque operi etiam hoc commune est, quod quaenam sit utriusque amoris mutua inter se coniunctio ostenditur et quamnam amor divinus ad mortalem vitam vim habeat, vel significatur et ostenditur vel etiam subtilius explicatur. Etenim in Phaedro quidem divini amoris rationes ab ultimis repetuntur initiis atque caussis, ut ille quasi in coelo spectetur et quomodo desuper in terram deveniat, doceatur; in Symposio contra amandi quaedam ars ac disciplina traditur, siquidem ibi, proposita divini amoris imagine atque exhibita amoris masculi varia ac multiplici descriptione, explicatur, qua via et ratione paullatim procedendum sit, usque dum denique ad plenum, integrum et intaminatum perfecti amoris fructum perveniatur in beatissima rerum divinarum spectatione et contemplatione repositum. Quae quis est quin ultro largiatur tam egregie inter ipsa convenire, ut coniuncta demum utriusque libri disputatione amatoriam doctrinam consummari et absolvi videatur? Nimirum quum in Phaedro brevissime tantum significetur, quibus studiis animus veluti praepararetur et institueretur ad divinum amorem suscipiendum atque nutriendum, tum hoc ipsum argumentum in Symposio omnium uberrime illustratur. Ad haec porro accedit etiam aliud quid. Est enim utriusque operis ea ratio atque conformatio, ut celso illi ac perfecto sapientiae amori comes ac socia addita sit dialectica, cui ex adverso collocatur ars ista oratoria atque sophistica, quae quum sapientiae speciem prae se ferat haudqua-

quam levem et exiguum, tamen nec rerum notiones exquirat subtilius, nec absolutae veritatis cognitionem ullo modo assequitur, quippe haerens usque ac subsistens in vulgari opinionum et rerum ad vitae usum pertinentium vel animadversione vel commentatione. Quemadmodum enim in Phaedro oratio Lysiae et prior oratio Socratica, quae ad illius similitudinem comparata est, opponitur alteri orationi Socratis, quae perfecti amoris vim aperit ac declarat, adeoque parte libri altera instituitur comparatio inter dialecticam et rhetoricam, unde quantum illa huic antecellat, appareat, ita in Symposio orationes priores quodammodo contrariae sunt orationibus Socratis et Alcibiadis, quarum altera exhibet amoris perfecti perfectam imaginem, altera eandem ostentat in Socrate tamquam vivo expressam ac velut relucentem. Quippe illae orationes omnes in amoris externa specie rimanda versantur, neglecta subtilitate dialectica; divini amoris vim naturamque, quam Socratis oratio exhibet, haudquaquam assequuntur. Idem vero etiam in Phaedro fieri meminimus, in quo libro quae priorem tenent locum, iis certe item declaratur, quanto inferior sit sophisticæ et rhetorice arte dialectica nomine suo digna. Quamquam in Phaedro rhetorices reprehensio acrior est et apertior maximamque paene totius sermonis partem sibi vindicat, in Symposio contra tectior est atque lenior, ut subinde urbanae cavillationis leporem vix sentias. Nimirum caussa huius rei posita in eo est, quod in Phaedro dialectica pariter atque divinae sapientiae amor tamquam philosophiae principia in illustriore luce collocantur, ita quidem, ut alteri amor vulgaris, alteri vulgaris rhetorica ex adverso ponatur, in Symposio autem unus maxime amor illustratur ac dialecticae et sophisticæ veluti obiter tantum ratio ducitur. Sed de Phaedro suo tempore uberius explicabimus in Prolegomenis alteri libri editioni praemittendis, quibus demum evulgatis perspicuum fiet, quorsum haec nostra sententia referenda sit. Videmur autem vel his satis patefecisse, quanta inter Phaedrum et Symposium intercedat coniunctio et necessitudo. Alterum enim opus altero veluti consummatur atque absolvitur, ut ambo paene unum corpus conficere existimari debeant. Quamobrem ea nec multum diverso tempore scripta esse credibile est, praesertim quum Sympos. p. 182. A. aperte ad Phaedrum respiciatur.

Et de tempore quidem, quo Symposium scriptum esse credibile sit, haec exposuisse non erit super-
vacaneum.

Perspicuum est ex loco p. 193. A. librum litteris exaratum esse post Olymp. 98, 4., quo anno Mantineam dirutam fuisse ex Thucyd. V. 29. Xenoph. Hell. V. 2. Aristot. Pol. II. 1. Diodor. XV. 5. intelligitur. Dubitari tamen potest, quoto anno post illud urbis excidium liber consignari coeptus sit. Et Schleiermacherus quidem Opp. Platonn. Vol. II. P. II. p. 382., quoniam Mantinea Olymp. 102, 3. teste Xenoph. Hell. VI. 5, 4., ubi v. Schneider., et Diodor. XV. 12. sit restituta, fieri posse censet, ut Symposium illo ipso tempore scriptum sit, quippe quo item rei memoria fuerit recentissima. Itaque hoc tantum probabile esse ait, confectum librum esse inter Olymp. 98, 4. et Olymp. 102, 3. Sed acute vidit Rückertus, quum Mantinea restitueretur, propiorem esse debuisse in unum redeuntium cogitationem quam olim disiectorum memoriam, quod ab Aristophanis oratione abhorreat. Quocirca libri descriptionem ante Olymp. 102. factam esse pro explorato habemus. Nec vero necesse est statuere, eam ideo multo post Olymp. 98, 4. esse susceptam, quia Aristophanes rei tristissimae per risum et ludibrium inicit mentionem. Audias enim Xenophontem Hellen. V. 2, 7. καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἤχθηοντο, ὅτι τὰς μὲν ὑπαρχούσας αἰκίας ἔδει καθαιρεῖν, ἀλλὰς δὲ οἰκοδομεῖν· ἐπεὶ δὲ οἱ ἔχοντες τὰς οὐσίας ἐγγύτερον μὲν ᾤκουν τῶν χωρίων, ὄντων αὐτοῖς περὶ τὰς κόμας, ἀριστοκρατία δ' ἐχρῶντο, ἀπηλλαγμένοι δ' ἦσαν τῶν βαρέων δημαγωγῶν, ἤδοντο τοῖς πεπραγμένοις.

At enim ingentis anachronismi hic Platonem reum agunt, qui, quum Agathonis victoria in Olymp. 90, 4. incidat, quo tempore convivium habitum fingitur*), tamen Aristophanem ea fecerit memorantem, quae circiter triginta duobus annis post acciderint. Quod crimen ut leniretur, non defuerunt qui ita succurrerent philosopho, ut locum illum ab eo in secunda operis recensione interpositum esse iudicarent, id quod placuit praeter alios Hartmanno in Beckii Commentar. Societ. philolog. Lips. Vol. I. P. I. p. 167. At primum quidem ita non minor difficultas, si qua est, remanet, quam si totum Symposium uno tenore perscriptum existimetur,

*) V. Athenaeus V. p. 216. E.

siquidem secundae alicuius recensiois vestigia per totum opus nulla usquam extant, ut ne ista quidem verba per eam invecta videri possint. Deinde, id quod caput rei est, Plato nec aliis in libris anachronismi usu abstinuit, in eaque re etiam certas quasdam rationes sequutus est pro singulorum locorum rationibus diligenter observandas et investigandas. Videmur autem in annotatione ad p. 193. A. demonstravisse, temporum istam confusionem nec per se inelegantem esse et fortasse eam ipsam ob causam a Platone quaesitam, ut temporis, quo scriptum Symposium esset, aliqua significatio fieret. Quod quanti nobis quidem certe aestimandum sit, vix est quod moneamus.

Sed satis de his. Sequitur ut etiam aliquid monendum sit de originibus doctrinae illius amatoriae, quam a Platone conditam et inprimis in Phaedro et Symposio explicatam esse vidimus. Valebit enim etiam huius rei animadversio, si quid video, non parum ad Symposium argumentum rectius intelligendum atque melius iudicandum.

Praecivit vero Platoni hac in re viam manifesto Socrates, quamquam ipsi verisimiliter conicere licet simul etiam amorem Pythagoreorum ob oculos versatum esse. Etenim Socrates quum soleret in animis hominum disserendo et percontando excitare veri rectique scientiam atque rerum notiones natura quasi involutas elicere et explicare, quo facilius hoc suo officio atque munereungeretur, sectatus inprimis est adolescentes ingenii bonitate praestantes, de quibus pro futuro bene sperari posse videretur. Quamobrem ille sese simulabat eorum esse amatorem atque artem profitebatur amatoriam, licet alias constanter negaret sese ullius rei scientiam tenere. De qua re v. Xenoph. Mem. IV. 1, 2. πολλάκις γὰρ ἔφη μὲν ἂν τινοσ ἐραῖν, φανερός δ' ἦν οὐ τῶν τὰ σώματα πρὸς ὄραν, ἀλλὰ τῶν τὰς ψυχὰς πρὸς ἀρετὴν εὖ πεφοκῶτων ἐπιέμενος. Memor. II. 6, 28. Ibid. I. 3, 14. Oecon. VI. 14—16. Sympos. III. 3. VIII. 2. 15. 25. Platon. Symp. p. 177. D. 193. E. 198. D. 201. D. 217. B. sqq. Lysid. p. 204. Phaedr. p. 227. C. Charm. in., Prot. p. 309. A. Maxim. Tyr. Diss. XXIV. p. 452 sqq. XXV. p. 3 sqq. XXVI. p. 15 sqq. XXVII. p. 32 sqq. ed. Lips. Atque eodem pertinet quodammodo illud, quod sese subinde dictitabat artis obstetriciae gnarum esse, de qua ipsius professione v. Plat. Theact. p. 149.

A. sqq. et p. 150. B. C. ibique annot. Nimirum festiva ille urbanaque usus ironia his dictis significavit, quod quorsum pertineret, non omnes assequuti sunt, sese et ipsum amore sapientiae esse repletum et eandem quam maxime cupere in adolescentium animis generare vel etiam quaerendo, percontando, sermocinando tamquam partum aliquem inde elicere. Quem quidem viri sapientissimi amorem luculente descripsit Plato in Alcibiade primo p. 131. C. sqq., quem libellum qui nuper spurium ac subditiuum esse iudicaverunt, ii in fraudem eo inducti sunt, quod Platonis Socratici scripta non ab aliis discreverunt, quae maturiori philosophi aetati accepta referuntur. Ita igitur Socrates. Atque hinc profectus Plato rem aliquanto provexit altius. Retulit enim ille Socraticam amoris professionem non tantum ad animi virtutem aut mentis notiones, quas spectabat ipsius magister, sed traduxit illam continuo ad studium rerum divinarum, quod in cognoscendis atque intuendis ideis contineretur. Quippe huic qui deditus ita esset, ut totus versaretur in veritatis aeternae contemplatione atque alios quoque ad eam perducere conaretur, eum demum perfectum censuit philosophum, atque eundem etiam perfectum amatorem esse iudicavit, de qua sententia v. De Republ. III. p. 402. A. sqq. p. 403. A. B. C. VI. p. 490. A. B. C. et Phaedonem locis plurimis. Et Socraticam quidem rationem expressit Xenophon in Symposio; Platonicam, ut diximus, in uno maxime Phaedro ac Symposio expositam habemus, ut facile hinc cognoscere et intelligere liceat, quantum discriminis inter utriusque scriptoris Convivia intercedere existimandum sit. Atque huius ipsius rei commemoratio tamquam sponte nos denique ad illud deducit, quod in hisce Prolegomenis nostris ultimo loco attingere constituimus.

Dicendum enim adhuc paucis est de ratione, quae inter Platonium et Xenophontem Symposium intercedat. Vetus est autem et inde ab Athenaei atque Gellii aetate ad nostram usque memoriam propagata opinio, certa in his operibus extare mutuae simultatis documenta, quae utriusque scriptoris animos disiunxerit*). Quae opinio quid habeat verisimilitudinis vel

*) V. Athen. IX. p. 400. D. Diogen. Laert. III. 34. Gell. N. A. XIV. 3.

etiam improbabilitatis, etsi a multis disputatum est*), tamen hoc loco commemoranda videtur, non quo nos rem multum disceptatam ad liquidum perducere posse existimemus, sed ut nostram de ea sententiam ne consulto reticuisse videamur. Ut igitur quid rei sit accurate cognoscatur, ante omnia quae utriusque Symposii ratio sit, breviter indicandum videtur. Nam perspecto utriusque operis consilio causae diversitatis in eo conspicuae facilius sane detegentur, certiusque erit iudicium, utrum malignitatis cuiusdam et invidiae vestigia appareant, qua nobilissimi Socratis discipuli flagaverint, an frustra de iis sit somnium. Est autem nostrum iudicio de utriusque operis argumento et consilio sic statuendum. Xenophon Socratem nobis exhibuit talem, qualis in ipsa vita et in familiarium atque convivarum hilaritate fuisse videretur, induxitque eum de amore ea loquentem, quae revera ipsi placuissent; Plato autem amoris philosophi praestantiam ac dignitatem adumbravit atque monstravit viam, qua ad illam perveniretur, eaque in re Socratis exemplo usus est sic, ut ipsius imagine virtus hominis divinae prorsus amantis ideoque summa sapientia, moderazione ac temperantia ornati expressa cerneretur. Quae si tenemus, Xenophontem profecto facile intelligemus Symposium suum aliter adornare debuisse atque Platonem, nullumque ex hac diversitate mutuae invidiae aut obtrectationis argumentum peti posse, nisi alia eius indicia reperiantur. Accedit huc, quod utriusque convivium quoddam, praesentia Socratis celebre factum, alteri Calliae, alteri Agathonis, causam et oportunitatem scribendi praebuisse videtur, ut hinc quoque dissensionis rationes nullo negotio repetere liceat. Videamus igitur, quid tandem sit, unde viri docti alterum Symposium oppositum esse alteri coniectaverint. Itaque primum aiunt**) in Symposio Platonis tibicinas eiectas, apud Xenophontem contra easdem una cum scurris

*) V. Cornarius Praefat. ad Interpretat. Symposii Plat. et Xenoph. p. 13 sqq. Menag. ad Diog. L. II. 57. III. 34. Muret. Varr. Lectt. V. 14. Voss. Hist. Gr. I. p. 24. Hindenburg. Animadverss. in Xen. Mem. III. 6. Tennemann. Histor. phil. T. I. p. 24. et imprimis A. Böckh. De similitudine, quae Platonem cum Xenophonte intercessisse fertur. Berolin. 1811. 4. C. Fr. Hermann. Indicc. Lectt. Acad. Marburgens. per semestre hibernum ann. 1834—1835. habendarum. Marb. ex offic. Elwertiana.

**) Athen. XI. p. 505. E. Cornarius l. c. 14.

introducitas esse. Quasi vero apud Platonem, ubi statim ab initio operis docti de amore sermones habentur, iis ullus locus concedi potuerit, nec eadem per rei naturam debuerint placere Xenophonti, qui convivii hilaritatem suavitatemque omnem describere constituisset*). At vero, inquit**), quod Xenophon maiorum poculorum usum reiicit, Plato autem Socratem suum informat talem, qui fortiter usque ad diluculum e psycere bibit, estne hoc eiusmodi, ut alterum scriptorem suspicari liceat alteri suam rationem cum aliqua similitate opposuisse? Nimirum Plato Socratis invictam continentiam animique fortitudinem ostensurus eum extremo convivio ita facit bibentem, ut, licet computationi indulgeat, tamen praeter ceteros omnes maneat sobrius et veri philosophi tueatur dignitatem; Xenophon autem eum iussit in eo versari convivio, quod a vulgari more et consuetudine non recederet, ut profecto quidquid convivarum intemperantiam argueret, id totum tollere et removere debuerit***). Paulo plus ponderis habere videntur argumenta mutuae simultatis a Cornario in medium allata. Is enim, dum statuit Xenophontem eum fuisse, qui librum suum Platonico scripto utpote eius in lucem emisso opposuerit, haec scribit†): „Sed non in his tantum, quae ex aemulatione quadam Platonis Symposio prius edito contraria scripsit, sed etiam in his, quae velut aliunde sumta citat, Xenophon a Platone dissentire reprehenditur. Quale et hoc est, quod Socrates apud ipsum Pausaniae apologiam pro his, qui in intemperantia simul voluntantur, adducens, in qua dixerit ille, quod etiam exercitus fortissimus esset, qui ex amatis et amatoribus constaret, et dictum hoc primum veluti falsissimum refellit et mox testimonia ab illo de Thebanis et Eleis producta reiicit. Quod autem non hanc Pausaniae opinionem eo loco reprobare voluerit, cuius scriptum etiam Athenaci saeculo ignotum fuit, et qui etiam apud nullum alium quam Platonem de amatoribus et amatis loquens inducitur, sed ipsum Platonem per hoc notare instituerit, ex eo clarum fit, quod ea Pausaniae verba apud Platonem haben-

*) Idem de hac re visum est Böckhio l. c. p. 8 sqq.

**) Athen. l. c. Cornarius l. c. p. 28 sqq.

***) Ita Böckhio quoque censuit p. 18.

†) P. 42 sq.

tur non quidem in Pausaniae attributa oratione, sed in ea, quam Phaedro adscripsit, ut vel sic, ne Platonem reprehendere ab omnibus deprehenderetur, Xenophon aliquatenus caverit, vel aliter scriptum Platonis Symposium habuisse iudicandus sit, id quod ego cum Athenaeo sentire malim, quam haec ex toto a Xenophonte conficta esse cum eodem Athenaeo asserere, quum in Phaedri quidem oratione palam habeantur, sed testimonia tamen de Thebanis sive Boeotis atque Eleis adducta in ipsa Pausaniae oratione legantur." Haec igitur Cornarius. Locus Xenophontis est Symp. VIII. 32. καίτοι Πausανίας δέ, ὁ Ἀγάθωνος τοῦ ποιητοῦ ἐραστῆς, ἀπολογοῦμενος ὑπὲρ τῶν ἀκρασία συγκυλινδουμένων εἰρηκεν, ὡς καὶ στρατεύμα ἀλκιμώτατον ἂν γένοιτο ἐκ παιδικῶν τε καὶ ἐραστῶν· τοῦτους γὰρ ἂν ἐφη αἰεσθαι μάλιστα αἰδεῖσθαι ἀλλήλους ἀπολείπειν· θαυμαστά λέγων, εἴ γε οἱ φόγου τε ἀφροντιστεῖν καὶ ἀναισχυντεῖν πρὸς ἀλλήλους ἐδιζόμενοι, οὗτοι μάλιστα αἰσχύνονται αἰσχρὸν τι ποιεῖν. καὶ μαρτύρια δὲ ἐπήγετο, ὡς ταῦτα ἐγνωκότες εἶεν καὶ Θηβαῖοι καὶ Ἠλεῖοι. συγκραθεύδοντας γοῦν αὐτοῖς ἕως παρατάττεσθαι ἐφη τὰ παιδικὰ εἰς τὸν ἀγῶνα, οὐδὲν τοῦτο σημεῖον λέγων ἕμοιον· ἐκείνοις μὲν γὰρ ταῦτα νόμιμα, ἡμῖν δ' ἐπονείδιστα. Quibus verbis carpi dicuntur quae Plato Phaedro attribuit p. 178. E. et Pausaniae Platonici verba p. 182. A. Sed primum quidem mirabile est, quod, quae a Platone Phaedro adscripta sunt, ea ab Xenophonte Pausaniae sunt tributa: unde Cornarius cum Athenaeo V. p. 216. E. coniecit Xenophontem Platonis Symposium aliter scriptum habuisse. Deinde quae Pausanias de Boeotis et Eleis dicitur narravisse, eorum apud Platonem nec vola nec vestigium extat, apud quem Pausanias hoc tantum dicit, differre circa amorem civitatum mores, adeoque improbat Eleorum ac Thebanorum instituta, quatenus vergant ad lubricitatem. Ex quibus consequens est, ut Xenophon ad Platonis Symposium omnino non respexerit, quod miror praeteriisse Car. Fr. Hermannum*), qui Xenophontem censet memoria lapsum Pausaniae tribuisse quae a Platone Phaedro essent adscripta. Verum iam dudum Boeckhio vidit. Iam si quaeris, quorsum Xenophon respexerit, non possum equidem Friderico Thierschio accedere libellum aliquem amatorium Pausaniae extitisse existimanti, unde et

*) L. c. p. VII.

Xenophon quae de Pausania dicit hauserit, et Plato nonnulla sumserit, quamquam is quaedam indidem repetita pro arbitrio ad Phaedrum retulerit*). Cui opinioni quid officiat, alio loco exposuimus. Multo probabilior Boeckhii est sententia, qui Xenophontem arbitratur ob oculos habuisse quae Pausanias alio tempore ad masculum amorem defendendum in medium attulisset**). Recte igitur scriptor Socratem iussit uti tempore praeterito, quo superior aliquis sermo significaretur: de quo loquendi usu explicavimus ad Critonem p. 45. C. 47. B. C. Quod autem Plato et Xenophon in multis, quae de Pausania referunt, consentiunt amicissime, uterque virum ad ipsam vitae veritatem studuit depingere ideoque eas sententias ei tribuit, quas ei placuisse aliunde constaret. Atque haec si probabiliter explicavimus, ne hoc quidem argumentum, quo ad demonstrandam Platonis et Xenophontis mutuum invidiam usi sunt, quidquam ponderis habere facile concedetur. Praeterea Cornarius Xenophontem in eo dicit Platoni adversatum esse, quod, quum apud hunc Achilles Patroclo sit amatus (*παίδιχά*) atque Aeschylus Patroclum ab Achille amatum fuisse existimans refutetur, ille Achillem fecerit de Patroclo defuncto non ut amato quondam, sed ut amico vindictam sumentem. Quod quale sit, praclare ostendit Boeckhius***). Nimirum Plato ipse Phaedrum ridicula narrantem induxit: quocirca Xenophon, si illius Symposium ob oculos habuisset, non Platonem, sed potius Phaedrum Platonicum fuisset reprehensurus. Et recte Apolog. Platon. p. 28. C. Patroclus amicus Achillis nominatur. Enimvero Phaedrus Platonicus quum hoc velit probare, deos amorem amati (*τῶν παιδικῶν*) longissime anteponebat amori amanti (*τοῦ ἐραστοῦ*), argute fingit Achillem fuisse Patrocli *παίδιχά* neque contra; Patroclum enim fuisse potius amatorem. Quod scilicet ille ita ponit, quo magis diserte amorem laudasse videatur. Attigit rem etiam Iacobsius in Scriptt. Miscell. Vol. III. p. 228 sqq. Denique Cornarius illud quoque argumentum invidiae et aemulationis ait esse, quod Platonicus Pausanias duas Veneres esse statuatur, Uraniam

*) Spec. Symp. Plat. p. 7 sqq.

***) P. 15. l. c.

***) P. 16 sq. l. c. et in Leges ac Min. p. 183.

et Vulgivagam, Xenophontes vero Socrates*) ea de re dubitet. At enim vero si vir doctus Xenophontem suum inspexisset diligentius, eum a Pausaniae Platonicis sententia parum aut nihil recedere facile animadvertisset. De qua re quae prudenter sunt a Boeckhio**) disputata, ea poenitet hic referre, siquidem quid verum sit, vel levis utriusque loci comparatio unumquemque docebit. Itaque nulla adhuc deprehendimus mutuae invidiae vel obtrectationis indicia, qualia finxerunt qui inter Platonem et Xenophontem nescio quid inimicitiae intercessisse opinati sunt. Sed attulit nuper C. Fr. Hermannus gravius rei argumentum, quod sane aliquem possit commovere. Is enim Xenophontem contendit Socrati eandem fere tribuisse sententiam, quam apud Platonem exponat Pausanias, videlicet, ut de vera magistri mente certius constaret; sumsit enim vir doctus cum Cornario Platonem Xenophonte scripsisse priorem, quod nobis quidem minime persuasit. At vero quum Xenophon id in scribendo sequutus sit, ut qualis Socrates in conviviorum hilaritate fuisset et quid de amoris natura aut dignitate revera sensisset, palam faceret, profecto ei nullo modo potuit aliam tribuere sententiam, nisi eam ipsam, quam ipsi placuisse constaret. Quae quod ex parte convenit cum ratione Pausaniae apud Platonem explicata, id certe nihil habet, unde de mutua inter utrumque scriptorem invidia aut aemulatione coniecturam ducamus. Accedit, quod, si verum quaerimus, Pausaniae mens aliquantum a Socratis Xenophontei sententia recedit, de qua tamen non est cur hoc loco explicatius dicamus. Apparet enim vel sic ne hanc quidem rem certum aemulationis istius indicium facere. Illud unum tamen admonuisse non videtur supervacaneum. Tribuit enim Plato, quae apud Xenophontem Socratis sunt, Pausaniae, vel quo Socratem inducere posset loquentem altiora, vel etiam quod ea Pausaniae viderentur per se convenientissima. Tantum abest enim, ut Pausaniae Platonicis oratione lubricitatis turpitudine defendatur, ut quidam falso statuerunt, ut ea amor probus et honestus adversus vulgaris amoris humilitatem vindicetur. Quippe refert ea simul Prodiccae sapientiae

*) Cap. 8. § 9.

**) P. 18 sq.

vestigia, quae etiam in Xenophonteo Symposio expressa extare probabiliter docuit Welckerus Nov. Mus. Rhen. V. I. p. 504 sqq. Verum ista quidem rei excusatione ne opus quidem est. Convenit enim Pausaniae Platonici sententia etiam Socrati planissime, quem satis constat docuisse, unam eandemque rem utique posse pro rerum et conditionum diversitate et malam et bonam existere. Sed quamquam invidiae et aemulationis vestigia nulla apparere videntur, tamen, si quis alterum scriptorem alterius librum ob oculos habuisse affirmet, nos quidem non multum reluctabimur. Multa enim in utriusque opere inveniuntur, quae, nisi alter alterum respexisset, vix potuisset fieri, ut ab ambobus commemorarentur. Itaque ego in ea sententia sum, ut utrumque Socratis speciem et imaginem suo more informasse existimem, alterutrum autem alterius librum sic ob oculos habuisse credam, ut nonnulla inde in suum opus transtulerit, sive id casu factum esse dicamus, siquidem ea ex recenti lectione in memoria haerere potuerunt, sive ideo sic institutum est, ut ab utroque in simili argumento elaboratum esse ab omnibus animadverteretur. Uter autem utrum respexerit, adhuc sub indice lis est, neque videtur res ad hunc usque diem dubia et nuper quoque acerrimis controversiis agitata ita decerni posse, ut quid pro vero probandum sit, omni ex parte exploratum habeatur*).

*) Res nuper demum acrioribus studiis rursus in disceptationem vocata est. Nam C. Fr. Hermannus, quum in Indicibus Lectionum, Marburg. a. 1834—1835. 4. mal., ostendere conatus esset, Xenophontem ad Platonis Symposium respexisse ut prius editum, adversarius ei extitit A. I. F. Henrichsenius Flenopolitanus in dissertatione: De consilio et arte Convivii Xenophontei eiusque cum Platonico necessitudine. Flenopoli, 1840. 4., qui Xenophontem priorem scripsisse contendit, sed alterum scriptorem ab altero respectatum esse omnino negat. Cui respondit Hermannus in Indicibus Lectt. Marburg. aestiv. a. 1841., in quo libro pristinam sententiam suam defendit et clarius explicatam exhibuit, ita quidem, ut etiam certius demonstraverit, quod vix quisquam antea negavisset, alteri alterius librum sine dubio ob oculos versatum esse, adeoque suspicatus sit (p. VI.) Xenophontem fortasse contra ipsum Platonem magistri sui memoriam tueri voluisse, quem quum huic multa tribuisse existimaret, quae Socrates, qualis in vita sua fuit, numquam dicturus facturuseve fuisse videretur, ipsum verisimile esse illius Convivio suum opposuisse, quo ostenderet, quomodo fictio comparata esse debuisset, si Plato vel maxime magistrum

Itaque his missis iam hoc unum adiiciamus, praeter Xenophontem atque Platonem multos alios extitisse antiquitatis philosophos, qui Symposia scriberent, ut vel suas de amore opiniones vel alia etiam placita sua illustrarent, quorum memoria quum ab aliis, tum a Plutarcho in Quaestionn. Convivalibus servata est. In quorum numero fuerunt, ut alios taceam, etiam Aristoteles et Speusippus, Platonis ex sorore nepos, de quibus vide Athen. XV. 16. Macrob. Saturn. VII. 3. Plutarch. Quaest. Convivall. in. Et horum quidem scripta eo magis dolendum est quod non tulerint aetatem, quia sine dubio inde ad Platonici operis intelligentiam non parum utilitatis percepturi essemus. Verum quoniam quae semel perdita sunt, ea numquam possunt restitui, temporum iniuriam consolemur sic, ut quae bona nobis adhuc supersunt, iis sapienter perfruemur et ad caussam humanitatis iuvandam sustentandamque utamur.

CODICES.

Bodleianus s. Clarkianus. Coislin. (Γ), Vat. Δ (225.), quem contulit Bekkerus; aliam collationem subinde a Bekkeri indicibus discrepantem, quam fecerat Bastius, insigni humanitati Chr. Fel. Baehrii, viri eruditissimi, debemus. Ven. E. Vind. Y nobis olim num. 2. signatus. Vindob. I. et 7. a Bastio in descriptione De Symposio Platon. adhibiti; Parisini DEFK (cod. K etiam Bipontini usi sunt). Ambr. r. Angel. u. w. Vatic. n. p. r. s. Ven. t. (postremus liber priorem tantum Symposii partem continet). Florentini a. b. c. i. n. Palatini Excerpta a Creuzero publici iuris facta. Praeterea Rückertus adhibuit Raudnitiensem librum et Zittaviensem, qui quoniam admirabiliter cum Vindobon. Y et Ven. E consentiunt, a nobis raro sunt commemorati.

inter pocula de amore disserentem fingere voluisset. Neque tamen hac defensione acquievit Henrichsen., qui in Epistola critica ad Car. Frid. Hermannum de consilio Convivii Xenophontei, Sleswici a. 1844. edita, singulis quibusdam pristinae sententiae partibus mutatis rationem suam omnino quidem vindicare studuit. Sed non concessit illi postea Hermannus, ut ipse professus est in disputatione De Convivii Xenophontei temporibus P. I. p. 4. Gott. ed. 1844.

EDITIONES SYMPOSI.

Platonis dialogi duo, Philebus et Symposium, Graece, e recensione Henrici Stephani, varietate lectionis animadversionibusque criticis illustrati ab Io. Frid. Fischero. Lipsiae, 1776. 8.

Platons Gastmahl, hin und wieder verbessert und mit kritischen und erklärenden Anmerkungen herausgegeben von Fr. Aug. Wolf. Leipzig, 1782. 8. et iterum emendatius curante anonymo ed. 1828.

Platonis Symposium et Alcibiades I., recensuit Fr. Astius. Landshuti, 1809. 8. Idem vir doctus edidit: *Platons Phaedrus und Gastmahl, übersetzt, erläutert und verbessert von Fr. Ast. Jena, 1817. 8.*

Platonis Symposium, ad optimorum librorum fidem edidit et adiectis Wyttenbachii animadversionibus annotatione instruxit P. A. Reynders. Groning., 1825. 8.

Platonis Convivium, recensuit et illustravit L. I. Rückert. Lipsiae, 1829. 8.

Platonis Convivium, recensuit, emendavit, illustravit Alex. Hommel. Lips., 1834. 8.

Praeterea hic nominandi sunt hi libri: *Kritischer Versuch über den Text des Platonischen Gastmahls nebst einer beurtheilenden Anzeige aus den drei Handschriften der k. k. Hofbibliothek zu Wien von Fr. Jac. Bast. Leipzig, 1794. 8. min.*

Fr. Thierschii Specim. edit. Symposii Platon. Gotting., 1808. 4.

Ph. Gu. van Heusde, Specimen crit. in Platon. Lugd. Bat., 1803.

Eiusdem Initia Philosoph. Platon. V. I. P. I., ubi agitur de amore Platonis.

H. Th. Rötcher: *Das Platonische Gastmahl dargestellt als ein philosophisches Kunstwerk. Bromberg, 1832. 4.*

A. Schwegler: *Ueber die Composition des Platon. Symposions. Tübingen, 1843. 8. Conf. Jahns Neue Jahrbücher etc. Vol. XXI. a. 1844. p. 357 sqq.*

Fr. Susemihl.: *Ueber die Composition des Platon. Gastmahls, quae commentatio inserta est Philologo Schneidewini Vol. VI. p. 177. a. 1851.*

CORRIGENDA.

Prolegg. p. XLIII. v. 4. lege superioribus pro superioribus.

Ibid. p. XLVI. v. 11. lege saperent pro superarent.

Comment. p. 105. v. 8. lege caderent pro caperent.

PLATONIS

SYMPOSIUM.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΣ. ΕΤΑΙΡΟΣ ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥ.
ΓΛΑΥΚΩΝ. ΑΡΙΣΤΟΔΗΜΟΣ. ΣΩΚΡΑΤΗΣ.
ΑΓΑΘΩΝ. ΦΑΙΔΡΟΣ. ΠΛΥΣΑΝΙΑΣ. ΕΡΥΞΙ-
ΜΑΧΟΣ. ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΗΣ. ΨΙΟΤΙΜΑ.
ΑΔΚΙΒΙΑΛΗΣ.

Cap. I. Δοκῶ μοι περὶ ὧν πυνθάνεσθε οὐκ 172
ἀμελέτητος εἶναι. καὶ γὰρ ἐτύχχανον πρόην εἰς ἄστν

P. 172. περὶ ὧν πυνθάνεσθε οὐκ ἀμελ.] Quod olim post πυνθάνεσθε addebatur ἴδν, id codd. omnes omittunt praeter Par. E. Vat. n. Flor. n, nec expressit Ficinus. Ad sententiam illud non est necessarium, imo otiosum et alieno loco collocatum, sive cum Schleiermachero ad πυνθάνεσθε sive cum aliis ad οὐκ ἀμελέτητος εἶναι trahatur. Dein Steph. πρόην omisit, errore, opinor. Cod. Bodl. πρόην, ut assolet. Vulgo πρόην.

P. 172. Δοκῶ μοι περὶ ὧν π.] Triplex de Agathonis convivio distinguenda narratio est. Primum enim res ab Aristodemō, qui ipse illi interfuerat, Apollodoro et Phoenici erat exposita; v. p. 173. B. Deinde Glauco quum de ea per Phoenicem aliquid inaudivisset, precibus adierat Apollodorum, ut sibi eam accuratius pleniusque narraret. Quocirca hic, qui

eandem postea etiam ab ipso Socrate accepisset, faciendum putaverat, ut illius precibus concederet. Nunc idem Apollodorus, iterum ab amicis rogatus, ut rei memoriam instauraret, rursus id est acturus, ut quid convivae apud Agathonem egerint dixerintve, diligenter exponat. Quocirca se ad rei narrationem non imparatum ait accedere, ut qui eam haud ita pri-

οἰκοθεν ἀνιῶν Φαληρόθεν. τῶν οὖν γνωρίμων τις ὀπισθεν κατιδῶν με πόρρωθεν ἐκάλεσε καὶ παίζων

ὀπισθεν κατιδῶν] Coisl., ut solet, ὀπισθε, quae est perpetua in codd. mss. variatio, v. infra p. 191. B. 213. A. et quae notavit Schneider. ad Remp. II. p. 363. D. Nec tamen hic sine ceterorum librorum consensu cum Bekkero scribam ὀπισθε, v. Lobeck. ad Phrynich. p. 284. Butt. Gr. ampl. §. 264. §. 116. 1.

Ω Φαληρεὺς, ἔφη, οὗτος Ἀπ.] ὦ pro vulg. ὁ habent

dem cum Glaucone communicaverit. Et prior quidem Apollodori narratio in ea incidit tempora, quibus Socrates adhuc in vivis erat, sicuti clarissime apparet ex p. 172 C. Posterior autem haec, quia non magno temporis intervallo a superiore distare dicitur, certe non est post obitum Socratis instituta, id quod etiam intelligitur e verbis p. 173. D: καὶ δοκεῖς μοι ἀτεχνῶς πάντας ἀθλοῦς ἡγεῖσθαι πλὴν Σωκράτους κ τ. λ. Itaque Apollodorus quum Socrate atque Agathone adhuc viventibus ista omnia narrans inducatur, probabile est quantum fere aut tertium Olymp. 94. annum narrationis esse tempus. Difficilior paullo quaestio est de loco, ubi Apollodorus fingatur convivari sermones retulisse. Et Hommelio quidem si credimus, factum hoc est inter viam inde a portu Phalereo usque ad urbem. Enimvero Apollodorus ipse narrat sese Glauconi totam rem exposuisse, quum aliquando ex Phalero in urbem proficisceretur. Itaque vir doctus censet hominem nunc eandem rem narraturum etiam viam illam repetisse. Id quod colligit ex p. 173. C., ubi veterem lectionem ταῦτα χρεῖ ποιεῖν servandam censet, ita quidem, ut ταῦτα ad viae iterationem referatur. At primum quidem per se non est verisimile Apollodorum fingi inter eundem omnes istas orationes ita reci-

tavisse, sicuti apud Platonem perscriptae leguntur, praesertim quum eas compluribus familiaribus retulerit. Neque ille Glauconi videtur eas antea integras exposuisse, sicuti colligere licet e verbis p. 173. B: οὕτω δὲ ὡς ἔστιν ἡμᾶς τοὺς λόγους περὶ αὐτῶν ποιοῦμεθα. Deinde ille ipse locus, quo Hommelius sententiam suam confirmare studuit, ob sequentia, καὶ γὰρ ἔγωγε κ τ. λ., necessario corrigendus est. Verissime enim viri docti emendarunt ταῦτα, ut pronomem numeri pluralis de una re accipiatur referaturque ad praegressum ὑμῶν διηγῆσασθαι, qui usus loquendi sicuti scribas non raro fefellit, ita apud Platonem longe est frequentissimus. Nam hac demum emendatione admissa omnia recte inter se cohaerent. Itaque statuendum est potius Apollodorum omnia in conventu quodam amicorum narrantem induci, in quo de orationibus in Agathonis convivio habitis erat rogatus. Principium dialogi ioculari imitatione expressit Alexis apud Athenaeum XIII. p. 562. A. = T. III. p. 1250 sq. ed. Dindorf. Πορευομένων δ' ἐν Πειραιῶς ὑπὸ τῶν κακῶν καὶ τῆς ἀπορίας φιλοσοφεῖν κατήλθε μοι. Καὶ μοι δοκοῦσαν ἀγνοεῖν οἱ ζωγράφοι τὸν Ἐρωτα, συντομωτάτον δ' εἶπεν, σοὶ τοῦ δαιμόνος τούτου ποιοῦσαν εἰκόνας κ τ. λ. ubi quod hi versiculi non e Symposio, sed ex Phaedro

ἄμα τῇ κλήσει, Ω Φαληρεὺς, ἔφη, οὗτος Ἀπολλόδωρος, οὐ περιμένεις; Κἀγὼ ἐπιστὰς περιμένεινα.

Bodl. Coisl. Vat. A. Par. DEFK. Ambr Ang. u. w. Vat. n. p. r. s. Ven. t. Flor. a. b. c. i. Vind. 1. 7. Igitur restitui. Φαληρεῦ Par. EF. Vat. s., sed v. ann.

οὐ περιμένεις] Sic codd. praeter unum solum Flor. n. omnes, uti videtur. Stephan. οὐ περιμένεις. Quod nostra annotatione inspecta nemo, opinor, putabit necessarium. Reduxit tamen Hermannus vel invitis codicibus.

dicuntur esse depromti, quid exinde de utriusque libri necessitudine et coniunctione colligere liceat, in praefatione ad Phaedrum significavimus. Ob oculos etiam habuit scriptor Charidemi Luciani T. III. p. 618. ed. Reitz.

ἀνιῶν Φαληρόθεν] De Phalero, quod fuit navale Atheniensium, ab ipsa urbe circiter viginti stadia distans, v. Meursius de Popul. Att. p. 805 et in Piraeo c. 10. coll. Pausan. VIII. 10. Itaque Apollodorus quum ibi habitaret, dicitur οἰκοθεν ascendisse εἰς ἄστυ, h. e. Atheas.

τῶν οὖν γνωρίμων τις] Glauconem vocat mox p. 172. E.

Ω Φαληρεὺς, ἔφη, οὗτος Ἀπολλόδωρος] Heus tu, qui es Phalereus Apollodorus. Nominativus enim in compellendo usurpatur, sicubi alterum non subiective, ut ita dicam, sed obiective potius spectatum alloquimur, de qua re v. ad Hipp. mai. p. 281 in. Sic infra p. 213. B: Σωκράτης οὗτος ἔλλοχῶν — ἐνταῦθα κατέκειτο. Prot. p. 193. D: Ἰπποκράτης, ἔφη, οὗτος, μή τι κωμικὸν ἀπαγγέλλεις; Nihil vero insolentiae habet, quod cum eiusmodi nominativo ὦ consoociatur, veluti apud Eurip. Suppl. v. 277: ὦ φίλος, ὦ δοκιμωτάτος Ἑλλάδι. Aristoph. Nubb. 1169: ὦ φίλος, ὦ φίλος.

Cuiusmodi exempla plura suppediabant Koenius ad Gregor. Corinth. p. 117. Boeckh. ad Pind. Noit. critt. p. 441. Longe frequentissimum autem est ὦ οὗτος, ut apud Sophocli. Aiac. 89: ὦ οὗτος Αἴας. Quod igitur simpliciter dici potuit ὦ οὗτος Ἀπολλόδωρος, id nunc enuntiatum sic: ὦ Φαληρεὺς οὗτος Ἀπολλόδωρος. Ex quo apparet iocum in uno isto Φαληρεὺς esse quaerendum. Fallitur enim Hommelius mirifice, qui et ἀπολλόδωρος scripsit, praefixo articulo, et eo nomine hominis opportunitatem, ut ait, designari statuit. Nimirum nec articulus hic ferendus est, nec profecto intelligitur, quomodo per nomen Apollodori significari queat is, qui alteri opportune obvius factus est. Sed illud ipsum Φαληρεὺς quid ioculatusque per pronuntiationem efficere potuerit, valde incertum est. Mitto Sydenhami rationem utpote nimis longe recessitam, aliorum expositurus sententias. Wolfius igitur in sono, quo ille vocem pronuntiataverit, festivitatem aliquam inesse statuit; sed qualis tandem ea festivitas sit, id vero non demonstravit. Schütz ius lusum contineri censet in imitatione formulae in iudiciis et concionibus usitatae, qua nomini proprio pagi sive τοῦ δήμου mentio adiciebatur. Et sane similis est lusus Gorg. p. 495. D. conf. Thucyd. VII. 10: πα-

Καὶ ὅς, Ἀπολλόδορε, ἔφη, καὶ μὴν καὶ ἔναγχός σε
ἐξήτουν βουλόμενος διαπυθίσθαι τὴν Ἀγάθωνος
B ξυνοσίαν καὶ Σωκράτους καὶ Ἀλκιβιάδου καὶ τῶν
ἄλλων τῶν τότε ἐν τῷ συνδείπνῳ παραγενομένων
περὶ τῶν ἐρωτικῶν λόγων, τίνες ἦσαν. ἄλλος γάρ
τίς μοι διηγείτο ἀκηκῶς Φοῖνικος τοῦ Φιλίππου,

καὶ μὴν καὶ ἔναγχός] Alterum *καὶ*, quod vulgo aberat, additum e Bodl. Vat. A. Par. DK. Ambr. Angel. u. w. Flor. a. b. c. i. Vindob. 1. 7. Vat. n. p. r. Ven. t.

B. ἐν τῷ συνδείπνῳ] Bekk. ex uno Vat. A. dedit δέπνῳ. Coisl. Par. EF. Ang. Vat. n. s. Ven. t. Vind. 1. Flor. a. b. c. i. et ed. Bas. 2. *συνδειπνῶν*, quod firmat receptam lectionem. De voc. *συνδειπνῶν* v. Athenaeus VIII. p. 565. B. C. coll. VI. 7. Pezizon. ad Aelian. V. H. II. 18. et intpp. ad Fragm. Sophocl. T. II. p. 20. ed. Oxon.

τρόθεν ὀνομάζων καὶ φίλην κ. τ. λ. Sed ita vereor ut scribendum fuerit: ὃ αὐτός Ἀπολλόδορος ὁ Φαληρεὺς. Ingeniosa est Astii coniectura, qui Glaucōnem censet nomen Φαληρεὺς similiter atque φαλαρίς s. φαληρίς pronuntiasse atque eo modo risisse Apollodori calvitium. Est enim φαλαρίς avis aquatica, quam nunc cum Linnæo fullicam (das weisse Wasserhuhn) appellant, quam quidem a candido calvitio nomen suum accepisse ferunt. Sed ea sententia non probata est Hommelio, qui potius incessum Apollodori notari putat. Hunc enim videri mores Socratis studiose imitatum esse ideoque pariter atque illum graviter superbeque inambulasse. Iam vero Socrates quemadmodum ob incessum τοῦ βρέθου, quo nomine item avis aquatilis denotetur, vulgo dictus sit βρενθύεσθαι, veluti infra p. 221. B., ita nunc Apollodorum a Glaucōne per lusum quandam pronuntiationis Φαληρεῖδα nominatum esse. Ac fateor hanc viri docti sententiam mihi eximie placere. Nam primum quidem

ita habemus iocum haudquam ab ipsa re alienum, siquidem per eum Apollodorus statim ab initio tanquam fidelissimus Socratis discipulus et familiaris depingitur. Deinde iam aptissime subiungitur, *ὃ περιμένεις*; perinde ac si Germanice dixeris: He da, Herr von Stelzenheim! warten Sie doch! Unum tamen est quod scrupulum iniiciat. Neque enim βρέθου idem est quod φαληρίς. Quocirca vide an potius ad paludosam Phaleri regionem alludatur. Xenoph. Oecon. XIX. 6: ἄρα δὲ (ἡ γῆ) ἢ ἐν τῷ Φαληρεῶν ἔλει. Quanquam fieri potest, ut simul hominis incessus significetur. Sed haec utat se habent, id quidem manifestum putamus, in uno isto Φαληρεὺς iocum quaerendum esse. Pro vulgato *ὃ περιμένεις*; ex codd. revocavimus *ὃ περιμένεις*; Etenim futurum est vehementius et cum impatientia quadam vel etiam indignatione imperantis; praesens modeste cohortantis aut lenius postulantis. Futurum legitur infra p. 175. A. p. 201. E. multisque aliis exemplis illustratum est a Mat-

ἔφη δὲ καὶ σὲ εἰδέναι. ἀλλὰ γὰρ οὐδὲν εἶχε σαφὲς λέγειν. σὺ οὖν μοι διηγῆσαι· δικαιοτάτος γὰρ εἶ τοῦς τοῦ ἐταίρου λόγους ἀπαγγέλλειν. πρότερον δὲ μοι, ἢ δ' ὅς, εἶπέ, σὺ αὐτὸς παρεγένου τῇ συνοσίᾳ ταύτῃ ἢ οὐ; Καγὼ εἶπον, ὅτι Παντάπασιν ἔοικέ C σοι οὐδὲν διηγείσθαι σαφὲς ὃ διηγούμενος, εἰ νεωστὶ

ἄλλος γὰρ τίς μοι διηγείτο] *τις* om. Par. DK. Vat. p. διηγείτο Vind. 2. et om. Ang. w.

τοῦ ἐταίρου λόγους] *ἔτερον* Ang. w. C. *ἔοικέ σοι οὐδὲν δ.*] *οὐδὲν* Bodl. Vat. A. Ven. Z. alii. Dein Ambr. ὁ διηγησόμενος. Pro vulg. *ἡγῆ* hic *ἡγεί* tenent Par. D. Ven. t. et testibus Bastio et Gaisfordo etiam Bodl. et Vat. A. conf. ad p. 174. D. Omnino hanc formam Platoni ubique reddendam esse in Praef. ad Plat. Tauchnitz. formae quat. p. X. sq. disputavimus. Laudat h. l. Athenaeus V. 57., ubi pro *καὶ ἐμὲ* est *καμὲ*, et pro vulg. *ἔγωγε δὲ*, *ἐγὼ γάρ*. Istud *ἔγωγε δὲ* Bekke-

thiaeo Gr. T. II. p. 941 sq. Praesens, quod longe rarius ponitur, nuper ad Lysid. p. 203. B. exemplis firmavimus. Quibus lustratis nemo de veritate lectionis a codd. suppeditatae recte dubitaverit.

καὶ μὴν καὶ ἔναγχός] Alterum *καὶ* in vet. editt. neglectum arctissime cohaeret cum *ἔναγχός*. Protagor. p. 315. D: καὶ μὴν μοι καὶ πρόην ἰδόντι καλὸς ἐφαίνετο. Hippas Mai. p. 296. A: καὶ καὶ μὲ Ἀλυ, — καὶ ἔναγχός αὐτόθι εὐδοκίμησα διεξιών. Et sic saepe καὶ νῦν, καὶ τότε, καὶ πρόην, alia similia reperuntur, in quibus cavendum est, ne καὶ abundare existimetur. Καὶ μὴν autem habet vim confirmandi. Germanice dixeris: wahrhaftig auch neulich schon suchte ich dich, sc. sicuti nunc tecum colloqui cupio. De voc. *ἔναγχός* vid. Valckenar. ad Phoenicis. v. 204. Hermann. ad Lucian. De Hist. Conscr. p. 98.

τὴν Ἀγάθωνος ξυνοσίαν] Agatho quum teste Athenaeo V. p. 217. Olymp. XC. ann. 4. in Lenaeis praemium victoriae re-

portasset, pro more veterum honorem, qui ipsi obtigisset, celebravit duorum dierum convivio. Et altero quidem die ad epulas venisse a Platone narrantur Socrates, Aristophanes, poeta comicus, Phaedrus, Eryximachus, Pausanias, alii; multa nocte demum accessisse etiam Alcibiades. Ceterum v. Wolf. Prolegg. p. XLIV sqq. et Prinsterer in Prosopographia Platon. p. 166 sqq.

B. δικαιοτάτος γὰρ εἶ] h. e. te enim maxime decet amici, h. e. Socratis, magistri tui, sermones referre. Non erat igitur, quod Cornarius corrigeret τούτους τοὺς λόγους τῷ ἐταίρῳ. Fallitur etiam Hommelius verba sic interpretans: Convenit enim tibi inprimis, qui Socratis, amici tui, sermones referas.

ἔοικέ σοι οὐδὲν διηγείσθαι] videtur tibi nihil narrasse. Notandus est hic usus infinitivi pro imperfecto positi. Infra p. 175. C: μετὰ ταῦτα ἔφη σφᾶς μὲν διεπνεῖν, τὸν δὲ Σωκράτη οὐκ εἰσέναι, dicebat se quidem coenas-

ἡγεῖ τὴν συνουσίαν γεγονέναι ταύτην, ἣν ἐρωτᾷς, ὡς τε καὶ παραγενέσθαι. Ἐγώ γε δὴ. Πόθεν, ἣν δ' ἐγώ, ὦ Γλαύκων; οὐκ οἶσθ', ὅτι πολλῶν ἐτῶν Ἀγάθων ἐνθάδε οὐκ ἐπιδημήκειν; ἀφ' οὗ δ' ἐγὼ Σωκράτει συνδιατρίβω καὶ ἐπιμελὲς πεποιήμαι ἐκάστης ἡμέρας εἰδέναι ὅ τι ἂν λέγῃ ἢ πράττῃ, οὐδέπω
173 τρία ἐτι ἐστίν. πρὸ τοῦ δὲ περιτρέχων ὅπῃ τύχοιμι

rus perhibet in solis Par. E. Amb. Ang. u. w. et vett. edit. scriptum reperiri. Quod cave credideris. Nam nec e Florentinis nostris ulla enotata lectionis discrepantia est, nec Bastius et Gaisfordus in Bodl. et Vat. A. quidquam reppererunt, quod a vulgata scriptura recedat. Itaque noli cum editore Berolinensi Ἐγώ δὴ probare.

πρὸ τοῦ δὲ περιτρ.] V. προιοῦ, quod e Vat. A. Flor. a. b. c. i. n. mutatum. Bekk. tamen e suis nihil notavit.

P. 173 ὅπῃ τύχοιμι] ὅποι Par. DK. Vat. p. Vind. 7.

se, Socratem vero non introvisse. Ibid. A: ἔφη ἀπολύξεν τὸν παῖδα. P. 176. A: ἔφη — σπονδὰς τε σφᾶς ποιήσασθαι καὶ ζῶντας τὸν θεὸν καὶ τὰλλα νομιζόμενα τρέψασθαι πρὸς τὸν πότον, ex quo loco, quid aoristus atque praesens tempus significatione sua differant, facile cognoscas. Ibid. τὸν οὖν Πανσοάντων ἔφη λόγον τοιοῦτον τινὸς κατάρχειν. P. 178. A: πρῶτον μὲν γὰρ — ἔφη Φαίδρον — λέγειν. Cratyl. p. 397. C. Gorg. p. 489. C., ubi Coraes ἐδόκει ἐνδείκνυσθαι malebat, conf. Matthiae Gr. §. 499.

C. Πόθεν — ὦ Γλαύκων;] Distinguendus hic est a Glaucōne illo, Platonis fratre, qui in libris de Republica commemoratur. Commemoratur etiam Charmid. p. 154. A. De eius gente v. Proclus ad Tim. p. 25 Schol. Plat. p. 201. ed. Ruhnk. et nostra ad Charmid. p. 84. Hominem fuisse a philosophiae studio alienum docent quae deinde dicuntur: πρὸ τοῦ δὲ περιτρέχων — οὐχ ἦτιον ἢ σὺ νυνί, οἰόμενος δεῖν πάντα μᾶλλον πράττειν ἢ φιλοσοφεῖν.

Ceterum πόθεν ita dicitur, ut habeat vim negandi, v. Gorg. p. 471. D. Hipp. mai. p. 285. D. Menex. p. 235. C. Aristoph. Ran. v. 968. Ecclesiast. v. 330. 1021.

ἐνθάδε οὐκ ἐπιδημήκειν;] Agatho enim, quum esset homo mollis ac delicatus, dicitur in Macedoniam aliquamdiu profectus esse ad opipara Archelai tyranni convivia concelebranda, v. Schol. ad Aristoph. Ran. v. 85. Quod quidem non post Olymp. 93, I. factum videri probabiliter disputavit Ritschl. De Agathonis vita p. 19 sqq. Ad hanc peregrinationem hoc loco respici veri non dissimile est. — ἐπιμελὲς πεπονημαι, ich lasse es meine Sorge sein.

P. 173. ὅπῃ τύχοιμι] Ne quis ὅποι praeferendum censeat, quod in aliquot libris scriptum exstat, apte comparavit Astius Phaedon. p. 113. B: ὅπῃ ἂν τύχοιμι τῆς γῆς. Nimirum sententia haec est: temere, ubicunque casus ferebat oberrans. Ad τύχοιμι repetas περιτρέχων.

καὶ οἰόμενος τι ποιεῖν ἀθλιώτερος ἢ ὄτουοῦν, οὐχ ἦτιον ἢ σὺ νυνί, οἰόμενος δεῖν πάντα μᾶλλον πράττειν ἢ φιλοσοφεῖν. Καὶ ὅς, Μὴ σκῶπι', ἔφη, ἀλλ' εἰπέ μοι, πότε ἐγένετο ἡ συνουσία αὐτῆ; Καγὼ εἶπον, ὅτι Παιδῶν ὄντων ἡμῶν ἐτι, ὅτε τῇ πρώτῃ τραγωδίᾳ ἐνίκησεν Ἀγάθων, τῇ ὑστεραίᾳ ἢ ἢ τὰ

ἀθλιώτερος ἢ ὄτουοῦν] V. ἦν. In Par. E. Ang. w. Vat. n. r. Ven. t. Flor. b. i. scriptum est ἦ, quo confirmatur scriptura Bodleiani, Angel. et pr. Coisl. Vat. A. ἦ, quam formam constat in Platone saepe obliteratam esse. v. Schneideri Praefat. ad Remp. p. XLIV sqq. Dein νυνί pro vulg. νῦν restitutum auctoritate Bodl. Vat. A. Ven. E. Vind. 2. Par. DK. Ang. w.

Παιδῶν ὄντων ἡμῶν] V. ἡμῶν ὄντων, invitis Bodl. Vat. A. Ven. E. Par. D. Ambr. Ang. w. Vat. p. r. Ven. t.

τῇ ὑστεραίᾳ ἢ ἢ] ἢ om. Bodl. Vat. A. Vind. 2. Par. DK. Vat. p. et pr. Ven. E. v. explicat.

παιδῶν ὄντων ἡμῶν] Non sine causa haec dicitur. Nam Agatho iam Olymp. 90, 4. reportaverat victoriam. Significatur igitur Apollodorum diu post convivium Agathonis sermones convivarum referre. Si igitur coniectura nostra de narrationis tempore supra proposita vera est, iam bene multi effluerant anni.

ὅτι τῇ πρώτῃ τραγωδίᾳ] Ad haec Rückertus: „Non integra trilogia, sed prima e tribus fabula.“ Id miror Hommelio quoque placuisse. Nam etsi licebat singulas fabulas in certamen deferre, tamen eae ita comparatae debebant esse, ut in se essent absolutae, non ad trilogiam aliquam pertinerent, v. Boeckh. De tragicis p. 106 sqq. Cogitandum potius est de fabula, quam Agatho omnium primam in certamen commiserat.

τῇ ὑστεραίᾳ ἢ ἢ τὰ ἐπιπύκ.] Criton. p. 44. A: τῇ ὑστεραίᾳ — ἢ ἢ ἂν ἐλθῇ τὸ πλοῖον, ubi v. annot. Quod codd. meliores ἢ omittunt, eodem modo peccatum est Lys. de bonis

Aristoph. §. 22: τῇ δὲ προτεραίᾳ, ἢ ἀνήγειο. Demosth. Macart. §. 62: ἐκρήγειν δὲ τὸν ἀποθανόντα τῇ ὑστεραίᾳ, ἢ ἂν προθῶνται. Antiphon De choreuta §. 37: τῇ ὑστεραίᾳ, ἢ ὁ παῖς ἐθάπτετο. Nam τῇ ὑστεραίᾳ ἢ significaret diem posteriorem esse eundem, quo factum sit illud, quod in altero membro indicatur, i. e. postridie, quo die. Quod certe patet longe aliud quid esse quam quod talibus in locis ad sententiam requiritur. Quocirca nollem C. Fr. Hermannus edidisset quod utique soloecum est. Nam quod Demosth. Mid. §. 119. scriptum legitur: τῇ μὲν προτεραίᾳ, ὅτι τινὲς ἔλεγε, id facile apparet non debuisse cum iis locis comparari, in quibus ἢ pronomem relativum infertur. Rectissime enim dicitur: pridie, h. e. die ante, quum haec diceret. Neque quidquam offensionis habet Plat. Phaed. p. 112. D: καταντικρὸν ἢ εἰσρεῖ, h. e. καταντικρὸν τινι, ἢ εἰσρεῖ. Iam vero de reliquis Lysiae, Demosthenis et Antiphontis locis, quae memoravi-

ἐπινίκια ἔθυσεν αὐτός τε καὶ οἱ χορευταί. Πάνν, ἔφη, ἄρα πάλαι, ὡς ἔοικεν. ἀλλὰ τίς σοι διηγείτο; ἢ αὐτὸς Σωκράτης; Οὐ μὰ τὸν Δία, ἦν δ' ἐγώ.

B ἀλλ' ὅσπερ Φοίνικι· Ἀριστόδημος ἦν τις, Κυδαθη-
ναιεύς, μικρός, ἀνυπόδητος αἰεὶ· παραγεγόνει δ'
ἐν τῇ συνουσίᾳ Σωκράτους ἐραστής ὢν ἐν τοῖς μά-
λιστά τῶν τότε, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ. οὐ μέντοι ἀλλὰ καὶ
Σωκράτη γε ἕνια ἤδη ἀνηρόμην ὢν ἐκείνου ἤκουσα,

ἢ αὐτὸς Σωκρ.] ἢ Vat. A. male.

B. Κυδαθηναίεύς] V. Κυδαθηρεύς, vitiose. Errorem primus correxit Fischerus consentientibus codicibus fere omnibus. Dein ἀνυπόδητος Ven. E. Vind. 2. Pro vulg. αἰεὶ Vat. A. Ven. E. Vind. 2. Zitt. ἀεὶ, quod recepi. De codicum discrepantia conf. Schneider ad Remp. I. p. 96. et 246. Certam sedem habet αἰεὶ infra p. 203. C. D. E. al., conf. Bast. ad Gregor. Corinth. p. 346. Poppo Prolegg. ad Thucyd. p. 415. παραγεγόνει Ven. E. Ambr. Ang. w. Vat. r.

οὐ μέντοι ἀλλὰ καὶ Σωκράτη] καὶ om. Coisl. Par. EF. Angel. n. Vat. s. Ven. t. Flor. a. b. c. i.

mus, ita statuendum putamus, ut aut ἢ ante ἢ excidisse existimandum sit, aut pro ἢ repouendum ἢ, quod ita dicitur, ut pronomen ἢ intelligendum relinquatur, ut in talibus sit. Philob. p. 35. A: ἐπιθυμῶ τῶν ἐναντίων ἢ πάσχει, h. e. ἢ ἂ πάσχει. Euthyphron. p. 12. A: λέγω γὰρ δὴ τὸ ἐναντίον ἢ ὁ ποιητὴς ἐποίησεν. Phaedr. p. 275. A: δι' εὐνοίαν τοῦναντίον εἶπες ἢ δύναιται. De Rep. I. p. 334. E. Et scripserunt nuper editores Thucyd. I. 60: τεσσαρακοστῆ ἡμέρᾳ ἵστικρον ἢ Ποτιδαία ἀπέστη, ubi item libri plerique ἢ. Apud Lysiam vero l. c. codd. etiam plurimi ἢ ἀνήγετο suppeditant. Ad quam normam iam etiam reliqua loca facili negotio emendabis, nisi forte praestabilius sit ἢ ante ἢ interponere, quam rationem, etiam certissimis confirmatam exemplis, suadet Taylor. Lectt. Lysiac. Cap. I. p. 66. Sed hoc quidem ut in medio relinquendum sit, illud ta-

men in aprico esse arbitramur, falsum esse et loquendi consuetudini contrarium quod h. l. Bodl. et qui cum eo faciunt libri memoriae tradiderunt. Quam ob rem alteram lectionem, quae linguae legibus convenit, tenendam arbitramur, usque dum Bodleiani lectio quomodo emendanda sit, evidenter fuerit demonstratum. Vitiosam enim dictionem Platonis orationi obtrudere noluimus.

καὶ οἱ χορευταί] h. e. qui chororum efficiebant. Etenim Agatho χορηγῶν munus quum suscepisset, suis sumtibus chorum comparaverat, instruxerat, ornaverat, v. Wolf ad Demosthen. or. adv. Leptin. Prolegg. p. 89. commentar. p. 236. et p. 247. Thiersch. Introd. in Pindar. p. 104 sqq. Reportata igitur victoria saltatores τὰ ἐπινίκια eius concelebrabant, ut par erat.

ἢ αὐτὸς Σωκρ.] h. e. sed quid quaero? haud dubie

καὶ μοι ὁμολόγει καθάπερ ἐκεῖνος διηγείτο. Τί οὖν, ἔφη, οὐ διηγῆσω μοι; πάντως ἢ ὁδὸς ἢ εἰς ἄστὺ ἐπιτηδεῖα παρενομένους καὶ λέγειν καὶ ἀκούειν. Οὕτω δὴ ἰόντες ἅμα τοὺς λόγους περὶ αὐτῶν ἐπιποιούμεθα, ὥστε, ὅπερ ἀρχόμενος εἶπον, οὐκ ἀμελετήτως ἔχω. **C** εἰ οὖν δεῖ καὶ ὑμῖν διηγῆσασθαι, ταῦτα χρὴ ποιῆν. καὶ γὰρ ἔγωγε καὶ ἄλλως, ὅταν μὲν τινὰς περὶ φιλοσοφίας λόγους ἢ αὐτὸς ποιῶμαι ἢ ἄλλων ἀκούω,

οὐ διηγῆσω μοι;] Sic Bodl. Coisl. Vat. A. Ven. E. Vind. 2. Par. E. Angel. u. Vat. a. n. s. Ven. t. Flor. a. b. c. i., ut emendavit Heindorf. ad Charm. p. 70. Vulg. διηγῆσού μοι; Vind. 1. 7. Par. K. D. Ambr. Angel. w. Vat. p. r. διηγῆση μοι.

πάντως ἢ ὁδὸς] Sic Par. DK. Vat. p., ut edidit Bekker. Ceteri libri πάντως δὲ ἢ ὁδὸς, vel πάντως δὲ ὁδὸς, quod dedit Rückertus. Mihi asyndeton, quod facile potuit a criticis mutari, huic loco unice convenire videtur. Exempla infra apposuimus.

C. ταῦτα χρὴ ποιῆν] Vulg. ταῦτα correxit Sydenhamus addicentibus Coisl. Vat. A. Ven. E. Vind. 1. 2. 7. Par. DK. Angel. w. Vat. p. Frustra Hommelius vulg. defendit.

Socrates. v. ad Protag. in. Non est quod ἢ cum Astio corrigas.

B. Ἀριστόδημος ἦν τις] Κυδαθηναῖον fuit nomen pagi Attici. Stephan. Byzant. Κυδαθηναῖον· δῆμος τῆς Παιδιονίδος φυλῆς· ὁ δημότης Κυδαθηναίεύς, cf. Harpocration s. v. Κυδαθηναίεύς. et Meursius de popul. Attic. p. 741. Quod autem Aristodemus semper erat ἀνυπόδητος, videtur hac in re Socratem imitatus esse, quem maxime diligebat et comitabatur assidue. v. Phaedr. p. 229. A. Apud Xenophontem Mem. I, 4, 2, ubi itidem vocatur μικρός, ita loquens introducit, ut deos colendos esse neget. Ceterum de ἀνυπόδησι philosophorum, imprimisque Socratis, v. intpp. ad Aristoph. Nubb. v. 103. 362. et Ernesti ad Xenoph. Mem. I. 6, 2. Bergler. ad Alciph. I, 27.

Τί οὖν — οὐ διηγῆσω

μοι;] Haec interrogatio alacritatem quandam animi et aviditatem sciendi indicat, fere ut Latinorum: Quin tu mihi — narras? v. Heindorf, ad Charmid. §. 5. et quae annotavi ad Menon. p. 92. D: τί δὲ αὐτῶ οὐ οὐ ἔφρασαι; et ad Phileb. p. 54. B. Protagor. p. 310. E. Menex. p. 236. C. Lysid. p. 211. D. al. Corripuit locum Hommelius distinguendo: Τί οὖν; ἔφη· οὐ διηγῆσω; Pertinet enim τί οὖν ad οὐ διηγῆσω. Deinde quod post πάντως deest coniunctio, v. Politic. p. 268. E: ἀλλὰ δὴ τῶ μύθῳ πρόσχε τὸν νοῦν ὡςπερ οἱ παῖδες· πάντως οὐ πολλὰ ἐκφεύγεις παιδίας ἔτη. Theaetet. p. 143. A: ἀλλὰ τί κωλύει νῦν ἡμᾶς διελεῖν; πάντως ἔγωγε καὶ ἀναπαύσομαι δέομαι, ubi v. Heindorf. coll. Astio ad Legg. p. 10. Aristoph. Vesp. v. 770: πάντως γε κἀκεῖ ταῦτ' ἔθρας ἐκάστοις. Est autem πάντως nostrum jedenfalls, habetque vim asseverandi.

χωρίς τοῦ οἰεσθαι ὠφελεῖσθαι ὑπερφυῶς ὡς χαιρῶ·
ὅταν δὲ ἄλλους τινάς, ἄλλως τε καὶ τοὺς ὑμετέρους
τοὺς τῶν πλουσίων καὶ χρηματιστικῶν, αὐτὸς τε ἀχθο-
μαι ὑμᾶς τε τοὺς ἐταίρους ἐλεῶ, ὅτι οἰεσθέ τι ποι-
D εἶν οὐδὲν ποιῶντες, καὶ ἴσως αὖ ὑμεῖς ἐμὲ ἠγεῖσθε
κακοδαίμονα εἶναι, καὶ οἴομαι ὑμᾶς ἀληθῆ οἰεσθαι·
ἐγὼ μὲντοι ὑμᾶς οὐκ οἴομαι, ἀλλ' εὖ οἶδα.

Cap. II. ET AI. Ἀεὶ ὁμοιος εἶ, ὦ Ἀπολλό-

ὑπερφυῶς ὡς χαιρῶ] ὡς om. Par. DK. Vat. p.
καὶ χρηματιστικῶν] V. χρηματιστῶν, quod Ven. Z. Flor.
n. tenent. Hoc vero loco quia non foeneratorum natio, sed omnino
homines lucri cupidi intelliguntur, unice verum est quod inde a
Fischero editores omnes receperunt. Id iam Bas. 2. praebet.
Dein Angel. w. et pr. Ven. Z. τοὺς ἐτέρους ἐλεῶ.

D. ὑμεῖς ἐμὲ ἠγεῖσθε] Hunc verborum ordinem tuentur
Bodl. Vat. A. Coisl. Ven. Z. Vind. 2. Par. DK. Ang. u. w. Vat.
u. p. Ven. t. Flor. b. i. Palat. Vulgo ἠγεῖσθε ἐμέ. Bodl. Vat. A.
et pauci alii ἠγεῖσθαι.

χωρίς τοῦ οἰεσθαι ὠφε-
λεισθαι] h. e. praeterquam
quod puto me inde perci-
pere aliquid utilitatis, vid.
ad Apolog. Socrat. c. XXIV. in
et Criton. c. III. Sic ἀνευ πο-
situm Demosthen. De Coron.
p. 255. 19. Reisk. eodemque
modo explicandum Soph. An-
tig. 4: αἴτις αἴτιος, h. e. si a ca-
lamitate discēsseris. De
proximis cf. Phaedon. p. 66. A:
ὑπερφυῶς — ὡς ἀληθῆ λέγει.
Gorg. p. 496. C: ἀλλ' ὑπερφυῶς
ὡς ὁμολογῶ, ubi vett. editt. ὡς
omittunt. Theaet. p. 155. C:
ὑπερφυῶς θαναμάζω, ubi Schol.
habet ὑπερφυῶς ὡς θαναμάζω,
addicentibus libris melioribus.
— ἀλλ' εὖ οἶδα, sc. ὅτι κακοδαί-
μονός εἰμι.

D. Ἀεὶ ὁμοιος εἶ] sem-
per tibi similis es, sem-
per tibi hac in re constas:
nam sic ὁμοιος usurpari solet.
Charmid. p. 170. A: ἀλλ' ἐγὼ
κινδυνεύω αἰεὶ ὁμοιος εἶναι. De
Rep. IX. p. 585. C. Phaedr. p.
271. A. al.

D. τὸ μανικὸς καλεῖσθαι]
Quod plurimi codices scriptum
habent μαλακός, id, quoniam
μανικός reliquis verbis repugna-
re visum est, manifesto origi-
nem duxit ex male sedula criti-
corum correctione. Sed verum
esse μανικός vel ipsius Apollo-
dori docet responsio, ὅτι οὕτω
διανοούμενος καὶ περὶ ἑμαυτοῦ
καὶ περὶ ὑμῶν μαλτροῦμαι καὶ
παρπαλώ. Quis sit μανικός,
optime declarant loci Apolog.
Socrat. p. 21. A. et Charmid.
p. 153. B. Nam Chaerephon,
qui in Charmide appellatur μα-
νικός, in Apologia dicitur fuisse
σφοδρὸς ἐφ' ὃ τι ὀρμησεν.
Eandem notionem vocabuli co-
gnoscimus ex Politic. p. 302.
B: δέξιτερα μὲν αὐτὰ γινόμενα
τοῦ καιροῦ καὶ θάττω καὶ σκλη-
ρότερα φαινόμενα ὑβριστικά καὶ
μανικά λέγοντες, τὰ δὲ βραδύ-
τερα καὶ μαλακώτερα δεῖλά καὶ
βλακικά. Sophist. p. 242. A.
Athen. X. p. 435. B. = T.
II. p. 964. ed. Dind. Φίλιππος
ἦν τὰ μὲν φέσει μανικός καὶ
προπειθής ἐπὶ τῶν κινδύνων, το

δωρε· αἰεὶ γὰρ σαυτόν τε κακηγορεῖς καὶ τοὺς ἄλλους,
καὶ δοκεῖς μοι ἀτεχνῶς πάντας ἀθλίους ἠγεῖσθαι
πλὴν Σωκράτους ἀπὸ σαυτοῦ ἀρξάμενος. καὶ ὀπό-
θεν ποτὲ ταύτην τὴν ἐπωνυμίαν ἔλαβες, τὸ μανικός
καλεῖσθαι, οὐκ οἶδα ἔγωγε· ἐν μὲν γὰρ τοῖς λόγοις
αἰεὶ τοιοῦτος εἶ· σαυτῷ τε καὶ τοῖς ἄλλοις ἀρχαίνεις
πλὴν Σωκράτους. ΑΠΟΛ. Ὡ φίλτατε, καὶ δῆλόν
E γε δῆ, ὅτι οὕτω διανοούμενος καὶ περὶ ἑμαυτοῦ καὶ

Ἀεὶ ὁμοιος εἶ] αἰεὶ bis Vat. A. Vind. 2. Par. DK. Ambr.
Angel. w. Ven. t. Dein κακηγορεῖς Vind. 2. Par. DK. Ante δο-
κεῖς Par. F. καὶ om.

τὸ μανικός καλεῖσθαι] μαλακός Bodl. Coisl. Vat. A.
Vind. 1. 2. 7. Par. DK. Ang. w. Vat. n. p. Flor. a. b. c. i. errore
manifesto, quem tamen Rückertus defendit. Etiam Ven. Z. Par.
EF. Ambr. Ang. u. Vat. r. Ven. t. eam scripturam habent super-
scripta tamen vera lectione. Vat. s. corr. μανικός, v. ann. Pro
οὐκ οἶδα Bastius coni. εὖ οἶδα.

σαυτῷ τε καὶ τ. ἀ.] σαυτῷ Ven. Z. Vind. 2.

δὲ διὰ μέθην. Est igitur μαν-
ικός der Enthusiast; der
Schwärmer. Itaque Apollo-
dorus videtur μανικός appella-
tus esse, quia et in Socrate vene-
rando laudandoque nimius
erat et vero etiam in aliis re-
bus iusto vehementior. Quocir-
ca ille et in laudando et in vi-
tuperando modum solebat exce-
dere, ut solent istiusmodi ho-
mines affectuum suorum impo-
tentes in utramque abripi par-
tem. Quae si tenemus, totius
loci sensus haudquaquam ob-
scurus erit. Est enim hic sen-
tentiarum nexus et cohaerentia:
„Semper tibi in eo constas,
quod et tui et ceterorum homi-
num omnium te poenitet, uno
excepto Socrate. Ignoro qui-
dem, unde tandem furiosi no-
men acceperis; sed haud scio,
an illud ex hac ipsa re origi-
nem duxerit; nam in sermoni-
bus quidem semper is es, ut
et tibi et ceteris omni-
bus praeter Socratem succe-
sens.“ Etenim ante verba: ἐν
μὲν γὰρ τοῖς λόγοις αἰεὶ τοιοῦτος

εἶ, facile intellexeris δοκεῖς δὲ
λαβεῖν αὐτόθεν, aut simile quid-
dam. Solent enim ante γὰρ
non raro omitti quae ex ipsa
orationis serie facile possunt
suppleri. Nec quenquam iam
morabitur μὲν istud ἀνατιπρό-
δοτον, si quidem altera pars
sententiae frequentissimo usu
reticetur. Denique verba τοι-
οῦτος εἶ explicantur iis, quae
continuo adiciuntur: σαυτῷ τε
καὶ τοῖς ἄλλοις ἀρχ. πλ. Σ. Ita-
que Glaucō urbana irrisione
cognominis illius causam ex eo
repetit, quod Apollodorus sem-
per et de se et de aliis moro-
sius iudicare soleat, quum unum
Socratem beatum habere et prae-
dicare consueverit. Ita ego iam
olim locum interpretatus sum,
et fateor me ne nunc quidem
a pristina sententia ulla in parte
decedere.

E. καὶ δῆλόν γε δῆ, ὅτι
— παρπαλώ] Ironice conce-
dit Apollodorus hanc ipsam esse
videri cognominis istius causam
et rationem. Nam ironiae indi-
cium facit δῆ, scilicet, vide-

περὶ ὑμῶν μαίνομαι καὶ παραπαίω. *ΕΤΑΙ.* Οὐκ ἄξιον περὶ τούτων, Ἀπολλόδωρε, νῦν ἐρίζειν· ἀλλ' ὅπερ ἔδεδόμεθά σου, μὴ ἄλλως ποιήσης, ἀλλὰ διηγήσασθαι, τίνες ἦσαν οἱ λόγοι. *ΑΠΟΔ.* Ἦσαν τοίνυν ἐκείνοι τοιοῦδε τινές. μᾶλλον δ' ἐξ ἀρχῆς ὑμῖν, ὡς

174 ἐκείνος διηγείτο, καὶ ἐγὼ πειράσομαι διηγῆσασθαι. Ἐφη γὰρ οἱ Σωκράτῃ ἐντυχεῖν λελομημένον τε καὶ τὰς βλαύτας ὑποδεδεμένον, ἃ ἐκείνος ὀλιγάκις ἐποίει, καὶ ἐρῆσθαι αὐτόν, ὅποι ἴοι οὕτω καλὸς γεγεννημέ-

E. περὶ τούτων, Ἀπολλόδωρε] ὡς vulgo ante Ἀπολλόδωρε intrusum om. Bodl. Coisl. Vat. A. Ven. E. Vind. 2. Par. DK. Vat. p. t. Non raro autem illud in compellatione cum admonitione coniuncta omitti solere docebant quae scripsimus ad Euthydem.

P. 174. καὶ ἐρῆσθαι αὐτόν] V. ἴσασθαι, quod Bekk. e Vat. A. Ven. E. Vind. 2. emendavit. Dein ὅση Coisl. Ambr. Vat. r. Pro εἰς Ἀγάθωνος Ven. E. Vind. ὡς Ἀγάθωνος et εἰς τήμερον Ven. E. εἰς τὴν σήμερον. Coisl. παρὰ τὸν καλόν, interposito articulo.

licet. Optime Scheiermacherus: „O Liebster, so ist es ja klar, wenn ich so denke von mir und euch, dass ich toll bin und von Sinnen.“ Quam irrisionem sentiens amicus respondet: Οὐκ ἄξιον περὶ τούτων νῦν ἐρίζειν. Itaque fallitur Hommelius post παραπαίω signo interrogandi opus esse ratus.

τοιοῦδε τινές] fere huiusmodi. vid. Xenoph. Mem. I. 1, 1.

μᾶλλον δ'] etiam hic est corrigentis, ut saepissime alibi. Ceterum cf. Phaedon. p. 59. C: ἐγὼ σοι ἐξ ἀρχῆς πάντα πειράσομαι διηγῆσασθαι. Euthydem. p. 272. E: καὶ σοι πειράσομαι ἐξ ἀρχῆς πάντα διηγῆσασθαι.

P. 174. αὐτόν διεφύγον] ei feliciter aufugi.

ταῦτα δὲ ἐκαλλωπισά-

μην] Pessime Hommelius aliique: hoc igitur ornatu ornavi me, quod ab ipsa sententiarum serie alienum est. Imo ταῦτα est accusativus obiecti remotioris, qui indicat id, ad quod actio τοῦ καλλωπισθαι pertinet. Quocirca explicari recte potest per διὰ ταῦτα, quanquam non est existimandum διὰ a Graecis per ellipsin reticeri. Protagor. p. 310. E: αὐτὰ ταῦτα νῦν ἦκα παρὰ σέ, ἐνα ὄντο ἐμοῦ διαλεχθῆς αὐτῷ. Legg. IX. p. 873. A. Xenoph. Symp. IV. 55. et 25. Aristoph. Pac. v. 414: ταῦτ' ἄρα πάλα — παροικεῖν. Avv. 120: ταῦτ' οὐδ' ἔλαται νῦν πρὸς σε δεῦρ' ἀφῆμεθα. conf. Gregor. Corinth. de Attic. dial. §. 6: ταῦτ' ἄρα Ἀττικὸς ἀντὶ τοῦ διὰ ταῦτα. Schaefer. ad Lamb. Bos. p. 676. Matthiae Gr. §. 467. 14. p. 873. De coniunctivo κα praecedente praeterito tempore post particulam finalem

νος. καὶ τὸν εἰπεῖν, ὅτι Ἐπὶ δεῖπνον εἰς Ἀγάθωνος. χθές γὰρ αὐτὸν διεφύγον τοῖς ἐπινικίοις φοβηθεῖς τὸν ὄχλον, ὡμολόγησα δ' εἰς τήμερον παρέσεσθαι. ταῦτα δὲ ἐκαλλωπισάμην, ἵνα καλὸς παρὰ καλὸν ἴω, ἀλλὰ σύ, ἦ δ' ὅς, [Ἀριστόδημε,] πῶς ἔχεις πρὸς τὸ ἐθέλειν ἂν ἵεναι ἄκλιτος ἐπὶ δεῖπνον; Καγὼ, ἔφη, εἶπον, ὅτι Οὕτως, ὅπως ἂν σὺ κελεύης. Ἐποῦν τοίνυν, ἔφη, ἵνα καὶ τὴν παροιμίαν διαφθείρωμεν μεταβάλλοντες, ὡς ἄρα καὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαίτας ἴασιν

ἦ δ' ὅς, Ἀριστόδημε, πῶς ἔχεις] Vocabulum Ἀριστόδημε in omnibus fere codd. deest. Igitur uncis inclusimus tanquam natum ex glossemate.

B. ἐθέλειν ἂν ἵεναι] Libri ἀνείναι. Correxerunt Stephanus, Astius, Bekkerus. Fuit tamen qui vulgatam eo defenderet, quod e Phalero in urbem escenderint. Id vero Glauco et Apollodorus fecerant; de Aristodemo et Socrate nihil tale narratur.

διαφθείρωμεν μεταβάλλοντες] Restitui quod est in Bodl. Vat. A. Ang. w. Vind. 2. Editt. omnes praeter Hommel. μεταβαλλόντες. Ven. E. Par. F. μεταβαλλόντες, pravo accentu. Dein Vat. A. ἴασιν.

posita v. Rost. Gramm. §. 122. 9. ann. 4. Subtilissime rem explicuit Hermann. de emendanda ratione Gr. Gr. p. 208 sqq.

B. πρὸς τὸ ἐθέλειν ἂν ἵεναι] Pertinet ἂν ad infinitivum ἐθέλειν, ut sensus hic sit: πῶς ἔχεις; ἐθέλοισ ἂν ἵεναι ἄκλιτος ἐπὶ δεῖπνον; Quod est in codd. ἀνείναι, id ferri non potest ideo, quia absurdum esset locum convivii tanquam editio-rem significari.

ὡς ἄρα καὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δ.] Versiculus, ad quem respicitur, hic est: αὐτόματι δ' ἀγαθοὶ δειλῶν ἐπὶ δαίτας ἴασιν, v. Schol. Platon. p. 43. ed. Ruhnke. et Athen. Deipnos IV. 27. Sensus proverbii hunc esse patet: bono et honesto viro non opus est excusatione, quando αὐτόματος, h. e. non invitatus, venit ad δειλῶν, h. e. minus bonorum, convivia; his enim eius

praesentia non potest non grata esse et iucunda. Hoc igitur proverbium, inquit, διαφθείρωμεν μεταβάλλοντες, mutatione corrumpamus, quod quomodo ab eo fiat, nemini obscurum esse potest. Nam pro δειλῶν ad Agathonis nomen simul alludens dixit ἀγαθῶν. Hanc autem mutationem satis festivo excusat exemplo Homeri, qui adeo omnem proverbii rationem perverterit, dum Menelaum, hominem ignavum, sinxerit sua sponte neque invitatum ad fortissimi fratris epulas venientem. Respicitur ad Iliad. β'. v. 408: αὐτόματος δέ οἱ ἦλθε βοῶν ἀγαθῶς Μενέλαος. Ceterum Menelaus vocatur μάλα καὶ αἰχμητής Iliad. ρ. v. 588., verum non ab ipso poeta, sed ab Apolline, Graecis inimico. Quae nuper Hommelius de his verbis disputavit, ea fateor, quatenus nova sunt, mihi haudquaquam probari.

αὐτόματοι ἀγαθοί. Ὅμηρος μὲν γὰρ κινδυνεύει οὐ μόνον διαφθεῖραι, ἀλλὰ καὶ ὑβρίσαι εἰς ταύτην τὴν παροιμίαν. ποιήσας γὰρ τὸν Ἀγαμέμνονα διαφερόν-
C τως ἀγαθὸν ἄνδρα τὰ πολεμικά, τὸν δὲ Μενέλεων μαλθακὸν αἰχμητὴν, θυσίαν ποιούμενον καὶ ἐστιῶν-
 τος τοῦ Ἀγαμέμνονος ἄκλιτον ἐποίησεν ἐλθόντα τὸν Μενέλεων ἐπὶ τὴν θοίνην, χεῖρω ὄντα ἐπὶ τὴν τοῦ ἀμείνονος. Ταῦτ' ἀκούσας εἰπεῖν ἔφη, Ἴσως μέντοι κινδυνεύσω καὶ ἐγὼ οὐχ ὡς σὺ λέγεις, ὦ Σώκρατες, ἀλλὰ καθ' Ὅμηρον φαῦλος ὢν ἐπὶ σοφοῦ ἀνδρός ἵεναι
D θοίνην ἄκλιτος. ἄρ' οὖν ἄγων μέ τι ἀπολογησεί;

C. οὐχ ὡς σὺ λέγεις] ὁ οὐ λ. Par. DK. Vat p.

D. ἄρ' οὖν ἄγων μέ τι ἀπ.] Creuzerus ad Plotin. p. 318. conii. ἀγῶν, sed v. ann. Ipse vir egregius sententiam suam retractavit in Annalibus Liter. Vindobonens. N. 56. p. 135. anni 1831. ἄγων est wenn du mich mitbringst. Exempla dedi ad Charmid. p. 153. C. Astius conii. Ἄρ' οὖν ἄγων με τι ἀπ. Sed duplex interrogatio ab h. l. aliena est. Pro ἀπολογία Bodl. Vat. A. (ut Bastius notavit) Ang. w. Ven. t. ἀπολογία, quae forma dubium non est quin Platoni ubique reddenda sit. In hoc quidem libro nullus est locus, in quo non aliquot codd. terminationem in εἰ conservaverint, v. p. 172. C. 175. A. 194. B. 207. C. 212. A. 218. C. E. 219. A. 220. E.

D. ἄρ' οὖν ἄγων μέ τι ἀπολογησεί] Ἀπολογεῖσθαι τι est aliquid pro se afferre defendendi causa. Phaedon. p. 69. D: ταῦτ' οὖν ἐγὼ — ἀπολογεῖμαι, haec igitur pro me afferro. Apolog. p. 34. B: ἄ μὲν ἐγὼ ἔρχομαι ἀν' ἀπολογεῖσθαι, σχεδὸν ἔστι ταῦτα. Itaque verba in hunc modum accipienda sunt: num igitur me adducens poteris pro te aliquam afferre defensionem?, quo scilicet veniam impetres, quod me ultro ad convivium adduxeris. Secus locum interpretatus est Hommelius, mirifice etiam in eo errans, quod τι, indefinitum pronomen, pro ἄλλο τι positum iudicavit. Ceterum καλεῖν ut Lat. vocare est invitare. Unde ἄκλιτος, invocatus, in-

telligitur non invitatus. Moris autem fuisse et apud Graecos et apud Romanos, ut qui benigne invitati essent, etiam alios, non vocatos, secum adducerent, quos dixerunt umbras, cognoscas ex Horat. Sat. II. 8, 22. Epist. I. 5, 28. ubi v. intpp. et Plutarch. Sympos. VII. 6, qui quaerit, unde οἱ ὑπὸ τῶν κεκλημένων ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἀγόμενοι nomen illud acceperint.

Σὺν τε δὲ, ἔφη, ἔρχ.] Alludit ad Iliad. X. v. 224: Σὺν τε δὲ ἔρχομένο, καὶ τε πρὸς ὁ τοῦ ἐνόησεν, Ὅπως κέρδος ἔη, quo usus est etiam in Protagora. p. 348. Eundem versum recitat Cicero ad Divv. IX. 7. ad Attic. IX. 6. Ὁ πρὸς τοῦ i. e. ἕτερος πρὸς ἕτερου. Sunt autem verba Diomedis, qui Nestori se

ὡς ἐγὼ μὲν οὐχ ὁμολογήσω ἄκλιτος ἦκειν, ἀλλ' ὑπὸ σοῦ κεκλημένος. Σὺν τε δὲ, ἔφη, ἐρχομένω πρὸς ὁ τοῦ βουλευσόμεθα ὅ τι ἐροῦμεν. ἀλλ' ἴωμεν.

Τοιαῦτ' ἄττα σφᾶς ἔφη διαλεχθέντας ἵεναι. τὸν οὖν Σωκράτη ἑαυτῷ πως προσέχοντα τὸν νοῦν κατὰ τὴν ὁδὸν πορεύεσθαι ὑπολειπόμενον καὶ, περιμένοντος οὗ, κελεύειν προϊέναι εἰς τὸ πρόσθεν. ἐπειδὴ δὲ γενέσθαι ἐπὶ τῇ οἰκίᾳ τῇ Ἀγάθωνος, ἀνεφωγμένην καταλαμβάνειν τὴν θύραν, καὶ τι ἔφη αὐτόθι γε-
E λοῖον παθεῖν. οἱ μὲν γὰρ εὐθύς παιδά τινα ἐνδοθεν ἀπαντήσαντα ἄγειν οὐ κατέκριντο οἱ ἄλλοι, καὶ κα-

ὡς ἐγὼ μὲν οὐχ ὁμ.] Sic Bodl. Vat. A. Par. DEFK. Ambr. Ang. u. w. Vat. n. p. r. s. Ven. t. Flor. a. b. c. i. Legebatur olim. ὡς ἔγωγε οὐχ' ὁμ.

ἔφη, ἐρχομένω] ἐρχομένω, ἔφη, Ven. Z. Vind. 2.

πρὸς ὁ τοῦ βουλ.] Libri πρὸς ὁδοῦ. Emendavit Fischerus. Dein Bodl. Vat. A. Par. DK. alii vitiose ἀλλ' ἔωμεν.

ἐπειδὴ δὲ γενέσθαι] Steph. conii. ἐγένετο. male.

E. γελοῖον παθεῖν] γελοῖόν τι παθεῖν Angel. n. οἱ μὲν γὰρ εὐθύς] Vett. editt. τὸν μὲν γὰρ εὐθύς. Sed οἱ vel οἱ Bodl. Coisl. Vat. A. Vind. 2. Ang. u. w. Vat. a. c. n. Ven. t. Flor. a. b. c. i. et. pr. Par. D. ἐμοὶ Vind. 7. Par. K. Vat.

paratum esse ostendit in castra hostium ire, ita tamen, ut alium haberet comitem. Itaque Socrates hoc dicit: una euntes videbimus, quid dicendum sit; alter alterum consilio adiuvabit; quod unus excogitare et reperire non poterit, id reperiet alter. Ferri non potest lectio vulgata πρὸς ὁδοῦ, quam formulam neque cum Zeunio ad Viger. p. 117. interpretari licet in promptu, facile; neque cum Wyttenbach. Bibl. Crit. I. t. p. 47. progrediendo, utiliter, neque cum Bernhardyo Syntax. p. 231. inter viam; quod etiamsi per aetatis Platonicae usum fieri liceret, tamen langueret mirifice. Ipsa sententia autem postulat, ut πρὸς ὁ τοῦ adiciatur. Itaque nec πρὸς ὁ τοῦ

eiiciendum, quanquam Hermogenes περὶ ἰδεῶν II. p. 406. ed. Laurent. hunc locum ita scriptum affert, ut πρὸς ὁ τοῦ desideretur.

ἐπειδὴ δὲ γενέσθαι] De infinitivo post ἐπειδὴ in obliqua oratione posito vid. de Republ. X. p. 617. D: σφᾶς οὖν, ἐπειδὴ ἀφικέσθαι, εὐθύς δεῖν ἵεναι. Ibid. p. 614. A: ἐπειδὴ οὐ ἐκβῆναι τὴν ψυχὴν. Ibid. p. 619. C. Eadem ratio est verborum proximorum: εὐθύς δ' οὖν ὡς ἰδεῖν τὸν Ἀγάθωνα. v. ad Phaedon. p. 72. A. cap. XVI. extr. Ceterum de ellipsi verbi ξυνέβη, unde infinitivus pendeat, nemo hodie cum Wolfio cogitabit.

E. οἱ μὲν γὰρ εὐθύς παῖδά τινα] Casus pronominis more fere constanti proximo

ταλαμβάνειν ἤδη μέλλοντας δειπνεῖν. εὐθύς δ' οὖν ὡς ἰδεῖν τὸν Ἀγάθωνα, ὦ, φάναι, Ἀριστόδημε, εἰς καλὸν ἦκεις· ὅπως συνδειπνήσεις· εἰ δ' ἄλλου τινὸς ἕνεκα ἦλθες, εἰσαὐθις ἀναβαλοῦ, ὡς καὶ χθὲς ζήτων σε, ἵνα καλέσαιμι, οὐχ οἴος τ' ἦ ἰδεῖν. ἀλλὰ Σωκράτη ἡμῖν πῶς οὐκ ἄγεις; Καὶ ἐγώ, ἔφη, μεταστρεφόμενος οὐδαμοῦ ὀρῶ Σωκράτη ἐπόμενον. εἶπον οὖν, ὅτι καὶ αὐτὸς μετὰ Σωκράτους ἦκοιμι,

p. et corr. D. Receptam lectionem confirmat Photius, qui in voc. οἷ hunc locum exscripsit, conf. Porson. ad Med. v. 734.

εὐθύς δ' οὖν] οὖν om. Par. DK. Vat. p.; in Bas. 1. 2. Flor. n. d' abest. quod tamen recte praecedenti μὲν respondet. Dein Bodl. pro ὦ, φάναι, habet ὦν φάναι, quae manifesta est grammatici alicuius correctio.

ὅπως συνδειπνήσεις] Sic unus Flor. n. probante etiam Bekkero. Ceteri omnes συνδειπνήσης.

οὐχ οἴος τ' ἦ ἰδεῖν] V. ἦν, quod e Ven. t. et pr. Coisl.

participio est accommodatus, de quo genere loquendi monuimus ad Gorg. p. 492. B. Lachet. p. 187. A. Legg. III. p. 689. A. Legg. IX. p. 856. E. Phaedr. p. 240. C. Hinc Arist. Avv. 45. ὅποι παρατὰν habet defensionem. conf. Krüger. ad Dionys. Historiogr. p. 119. Huius constructionis non memores librarii atque critici pronomen οἷ non uno modo corruperunt. Ad καταλαμβάνειν patet subiectum esse Aristodemum, quae quidem personae variatio adeo crebra est, ut exemplorum testimonio haudquaquam indigeat.

εἰς καλὸν ἦκεις] h. e. opportune, ut Menon p. 90. A: εἰς καλὸν ἡμῖν αὐτὸς εἰτε παρακαθίξει. Hipp. Mai. p. 286. E: εἰς καλὸν ἦκεις. Ibid. 286. C. Euthydem. p. 275: ἦκετον εἰς ἀλλοττον, i. e. opportunissime. Theag. p. 122. A. Xenoph. Symp. I. 4. Deinde vulg. ὅπως συνδειπνήσης mutavi, non quo coniunctivum aoristi primi solocum putaverim, quae fuit grammaticorum quorundam opinio; sed quod futurum rei ipsi

magis accommodatum esse videbatur. Nam in invitandi formulis Graeci post ὅπως inferunt futurum tempus, nunquam coniunctivum aoristi. Hipp. Mai. p. 286. B: ἀλλ' ὅπως παρέσει καὶ αὐτὸς καὶ ἄλλους ἄξει. Aristoph. Avv. 131: πρὸς Διὸς τοῦλυμπου, ὅπως παρέσει μοι καὶ οὐ καὶ τὰ παιδία λουσαμένα πρὸς· ἄλλω γὰρ ἐστιῶν γάμου. Nec vero post εἰς καλὸν ἦκεις comma, sed pleniorum interpunctionem ponendam iudicavimus, quo oratio efficeretur alacrior et vividior. Nam ita ὅπως συνδειπνήσεις non ex praegressis pendet, sed per se seorsum est accipiendum. Germanice dixeris: Ach lieber Aristodem, recht gelegen erscheinst du; dass du mir ja mitspeisest. In qua oratione etiam asyndeton est elegantissimum. Ineptum foret, si Agatho diceret: *opportune venisti, ut nobiscum coenes, quae verba liquet nullam certe continere Aristodemi invitationem.* Quamquam Hermanno visum est multo elegantius, si ὅπως συν-

κληθεῖς ὑπ' ἐκείνου δεῦρ' ἐπὶ δεῖπνον. Καλῶς γ', ἔφη, ποιῶν σὺ· ἀλλὰ ποῦ ἔστιν οὗτος; Ὅπισθεν ἐμοῦ ἄρτι εἰσῆει· ἀλλὰ θαναμάζω καὶ αὐτὸς, ποῦ ἂν εἶη. Οὐ σκέψαι, ἔφη, παῖ, φάναι τὸν Ἀγάθωνα, καὶ εἰσάξεις Σωκράτη; σὺ δ', ἦ δ' ὅς, Ἀριστόδημε, παρ' Ἐρυξίμαχον κατακλίνου.

Cap. III. Καὶ ἐ μὲν ἔφη ἀπονίξιν τὸν παῖδα, ἵνα κατακείτο· ἄλλον δὲ τινα τῶν παίδων ἦκειν ἀγ-

mutatum. Omittunt vocem Bodl. Vat. A. Vind. 2. Ang. w. Vat. a. c. n. Flor. a. b. c. i.

δεῦρ' ἐπὶ δεῖπνον] ἐπὶ τὸ δεῖπνον Par. F. sed v. p. 175. B. καλῶς γ', ἔφη, ποιῶν] γ' om. Bodl. Vat. A. Ven. E. Vind. 2. 7. Par. DK. Ang. w. Vat. p. Nec tamen ausus sum voculam expungere, quae in hac responsionis forma paene est legitima.

P. 175. ἐ μὲν ἔφη ἀπονίξιν] Sic emendavit lectionem vulgatam καὶ ἐμὲ ἔφη ἀπ. Bastius Specim. Crit. p. 10. Frustra Fischerus locum per anacoluthiam explicare conatus est. Dein

δειπνήσης scribatur, quippe quod ex εἰς καλὸν pendeat. Quasi vero urbanus et elegantius sit dicere: Sie sind recht gelegen gekommen, um mitspeisen. Ad proxima: εἰσαὐθις ἀναβαλοῦ, contendas Lucian. Pseudol. extr. τα λοιπὰ εἰσαὐθις ἀναβαλώμεθα. Plat. Euthyd. p. 275 A: εἰσαὐθις ἀποθρόθαι. Xenoph. Symp. II. 6: εἰσαὐθις ἀποθρόθαι. — πῶς οὐκ ἄγεις, qui fit, ut non adducas; v. ad Criton. in. Fuit autem Aristodemus homo Socratis amantissimus, ut miretur Agatho, quod solus sine Socrate venerit.

ὅτι καὶ αὐτὸς μετὰ Σ.] me et ipsum cum Socrate venisse, sicuti cuperet: dass ich ja eben mit dem Socrates gekommen wäre. Prave haec intellexit Hommelius, qui etiam in eo errat, quod paulo ante distinxit: καὶ ἐγώ, ἔφη, μεταστρεφόμενος, — οὐδαμοῦ ὀρῶ Σωκρ., quod ipse interpretatur: und ich, sagte er sich umdrehend, — sehe nirgends den Socrates Plat. Opp. Vol. I. Sect. III.

mir folgen. Finxit igitur vir doctus Aristodemum Apollodoro haec ita narrantem, ut, quasi res nunc ipsum agatur, corpus circumagat. Quod quam sit a Platonis elegantia alienum, vix est quod moneamus.

Καλῶς γ', ἔφη, ποιῶν σὺ] Charmid. p. 156. A: καλῶς γε σὺ, ἦν δ' ἐγώ, ποιῶν. Ibid. p. 162. E: καλῶς γε σὺ τολύων, ἦν δ' ἐγώ, ποιῶν. Hipp. Mai. init. καλῶς γε σὺ — νομίζων. Lachet. p. 192. B: ὀρθῶς γε σὺ λέγων. Theaet. p. 181. D: ὀρθῶς γε λέγων. Lysid. p. 204. A: καλῶς γ', ἦν δ' ἐγώ, ποιῶντες, ubi γὲ ex codd. restituit Bekkerus, cf. Heindorf. ad Charmid. p. 64. nostra ad Remp. V. p. 474. A. et Wyttenbach. Epistol. Critic. p. 26 sq. Dorvill. ad Charit. p. 296 sq. ed. Lips.

P. 175. καὶ ἐ μὲν ἔφη ἀπονίξιν τ. π. I. Atque puerum dicebat ipsum abluisse, ut accumberet. De infinitivo praesentis v. ad cap. I. — τὸν παῖδα, cuius hoc erat officium.

γέλλοντα, ὅτι Σωκράτης οὗτος ἀναχωρήσας ἐν τῷ
τῶν γειτόνων προθύρῳ ἐστῆκε, κάμου καλοῦντος οὐκ
ἐθέλει εἰσιέναι. "Ατοπόν γ', ἔφη, λέγεις· οὐκουν
B καλεῖς αὐτὸν καὶ μὴ ἀφήσεις; Καὶ ὅς ἔφη εἰπεῖν,

vett. ἕνα που κατακίοντο. Sed που om. cum Bodl. et Vat. A. co-
dices plurimi. Unde ortum sit που, intelligitur ex scriptura libro-

rum Ven. E. Par. EF. Vat. s. Flor. a ἕνα

κάμου καλοῦντος] Bodl. Vat. A. Vind. 1. 2. 7. Par. DK
Ang. w. Vat. p. et pr. Ven. t. καὶ οὐ καλοῦντος, quod dederunt
Bekk. et Turicensis. Bas. 2. Flor. a. b. c. i. Coisl. Ven. E. Ang.
n. alii καὶ σοῦ καλοῦντος. Sed unice vera est vulgata scriptura.
Sunt enim haec servi ista renunciantis verba; quod qui non per-
spicerent, pronomem temere mutaverunt. Fuit tamen qui hanc non
rectam, sed obliquam orationem esse contenderet ideoque καὶ οὐ
tueretur. Sed neglexit ille et indicativum et pronomem οὐτος.

οὐκουν καλεῖς] Sic Bodl. Coisl. Vat. A. Par. DK. Ambr.
Ang. u. w. Vat. a. c. n. Flor. a. b. c. o. Vulgo καλεῖ. Futurum
cum οὐκ coniunctum habet vim imperativi; v. ad c. 1. Pro so-

οὐκουν καλεῖς αὐτὸν καὶ
μὴ ἀφήσεις] Fallitur Rückertus καλεῖς pro praesenti
tempore habens, quum sit futu-
rum Atticum. Aristoph. Ec-
cles. 1179. ed. Dind. οὐκουν
(vulgo οὐκοῦν) ἔπαισι δῆτα γεν-
ναίως ἔρεῖς καὶ μὴ παραλείψεις
μηδέναι; Sophoc. Trachin.
1183: οὐ θάσσον ὄσεις, μηδ' ἀπι-
σῆσεις ἔμολε; Aiac. 75: οὐ οἶγ'
ἀνέξει, μηδὲ δειλλαν ἀρεῖς; Eu-
rip. Hippol. 500: οὐχὶ συγκλε-
σεις στόμα καὶ μὴ μεθήσεις αὐ-
θις ἀλοχίστους λόγους; Ibid. 602:
οὐ μὴ προσοῖσεις χεῖρα, μηδ' ἄψει
πέπλον; Ex quibus locis erit
perspicuum, cur pro vulg. οὐ-
κοῦν scripserimus οὐκουν. Tanta
enim vis negationis est, ut eti-
am ad secundum pertineat or-
ationis membrum, id quod ex eo
patet, quod non scriptum est
καὶ οὐκ ἀφήσεις, sed καὶ μὴ
ἀφήσεις. Nam καὶ οὐκ ἀφήσεις
si dictum esset, alterum mem-
brum per se constaret: nunc

istud καὶ μὴ ἀφήσεις; tanquam
unius eiusdemque sententiae pars
subiungitur, perinde ac si scri-
ptum esset οὐκουν ποιήσεις το
καλεῖν καὶ τὸ μὴ ἀφίναί αὐτόν;
Ceterum ex isto μὴ in altero
membro illato procul dubio orta
est soloeca ista lectio ἀφήσεις,
quae ante Fischeri editionem
erat divulgata. Similiter apud
Aristophanem I. c. ante Brun-
ckium legebatur παραλείψεις.

B. ἔθος γὰρ τι τοῦτ'
ἔχει] Hunc Socratis morem in-
fra c. 36. describit Alcibiades,
ubi v. annot. De loquendi ge-
nere cf. Hipp. Mai. p. 287. B:
ἔθος γὰρ τι τοῦτ' ἔχει. Dio
Chrysostom. Or. XIII. p.
219. B: ἔθος γὰρ τι τοῦτό ἐστι
τῶν τυράννων. Laudat hunc lo-
cum Priscianus XVIII. p.
1208. ed. Putsch., ut doceat
scriptores Atticos τὸ inferre eti-
am πλεοναστικῶς. Quod cave
credideris. Nam in hac quidem
formula τὸ non videtur esse otio-

Μηδαμῶς, ἀλλ' ἔατε αὐτόν. ἔθος γὰρ τι τοῦτ'
ἔχει· ἐνίοτε ἀποστάς ὅποι ἂν τύχη ἐστῆκεν. ἤξει δὲ
αὐτίκα, ὡς ἐγὼ οἶμαι. μὴ οὖν κινεῖτε, ἀλλ' ἔατε.
Ἄλλ' οὕτω χεῖρα ποιεῖν, εἰ σοὶ δοκεῖ, φάναι τὸν Ἀγά-
θωνα. ἀλλ' ἡμᾶς, ὧ παῖδες, τοὺς ἄλλους ἐστιᾶτε·

loeco ἀφήσεις (v. Fischer. ad Weller., II. p. 481.) recte Bodl. Vat.
A. Parisini, Flor. a. b. c. i. aliique ἀφήσεις.

B. ὅποι ἂν τύχη] ὅποι pro vulg. ὅπη praeberunt Bodl.
Vat. A. Ven. E. Vind. 2. Par. DFK. Ang. u. w. Vat. a. c. n. p.
Ven. t. Flor. a. b. c. 1. Iidem fere libri τύχη prae vulg. τύχοι
tuentur. Coniunctivum etiam Bodl. et Vat. A. habent, quos Bek-
kerus neglexit. In praecedentibus Bas. 1. 2. ἔθος τοι τοῦτ' ἔχει,
probante Fischerio. sed vide ann.

ὡς ἐγὼ οἶμαι] Bekkerus ex Par. D. Vat. p. scripsit ὡς
ἐγὼ οἶμαι. Dein pro soloeco κινεῖτε ex codd. fere omnibus κινεῖτε
est restitutum, v. infpp. ad Gregor. Corinth. p. 15. ed. Schaeff.
Herm. ad Viger. p. 809.

εἰ σοὶ δοκεῖ, φάναι] V. post δοκεῖ interpositum legitur ἔφη,
quod om. Bodl. Vat. A. Vind. 2. Par. k. et pr. Ven. E. et abie-
cit etiam Bekker.

sum, si quidem verba hoc modo
explicanda sunt: τοῦτ' ἐστὶν
ἔθος τι, ὃ ἔχει. Nos: es ist
dieses so eine Sitte, die
er an sich hat. Quemadmo-
dum autem fuerunt qui τὸ hoc
loco redundare opinarentur, ita
in superioribus non defuerunt
qui, quod Ἀτοπόν γ' — λέγεις
scriptum esset, mirarentur. Vide
igitur an voculae τὸ desiderium
lenire possint haec. Phaedr. p.
274. C: γελοῖον ἦρον. Euthyd.
p. 286. D: ἕνα δὲ ἄτοπον λέγης.
De Rep. VII. p. 536. B: γελοῖον
τοῖκα παθεῖν. Ibid. II. p. 368.
A: θεῖον πεπῶθατε. Legg. I.
633. B. 642. A: μέγα λέγεις.
Ibid. p. 658. C: ἄτοπον ἦρον.
III. 685. A: ἄδλον ἐρωτᾶς. III.
692. C. XII. 942. C. et 960. D.
οὐ μικρόν λέγεις. Soph. Oed.
Tyr. v. 515: πρὸς ἐμοῦ πέπον-
θῆναι εἰς βλάβην φέρον, pro φέ-
ρον τι. Eurip. Hippolyt. v. 278:
θανμασιὸν εἶπας. Sophoc. l.
Oed. Col. v. 857: θεῖον λέγεις.

Aiac. v. 1127: θεῖον γ' εἶπας.
Aristoph. Ecclesiaz. v. 812:
θεῖον γε λέγεις. Xenoph. Me-
mor. IV. 8, 6: θανμασιὰ λέγεις.
Ibid. II. 7, 13: θανμασιὸν ποι-
εῖς, ὅς — Ibid. II. 3, 15: ἄτο-
πα λέγεις. καὶ οὐδαμῶς πρὸς σοῦ.
v. etiam Boeckh. in Min. p.
112. Matthiae ad Eurip. Orest.
v. 400. Reisig. Coniectann. I.
p. 216 et Fritsch. Quaestiom.
Luciann. p. 93 sq. Eodem modo
Latini. Horat. Sat. I. 10, 20:
magnum facit, i. e. magnum
quid. Ibid. I. 4, 10: ut ma-
gnum. II. 5, 79: magnum do-
nandi. Ibid. II. 2, 102: non
est melius. Sat. II. 8, 53. et
57: melius et maius. Epod.
XVI. 23.

μὴ οὖν κινεῖτε] nolite
igitur eum in meditatione
defixum turbare, sed si-
nite. Alius verbi usus est quem
ad Remp. I. p. 329. attingimus.

πάντως παρατίθετε ὅ τι ἂν βούλησθε, ἐπειδὴν τις ὑμῖν μὴ ἐφροστήκη· ὁ ἐγὼ οὐδεπόποτε ἐποίησα. νῦν οὖν νομίζοντες καὶ ἐμὲ ὑφ' ὑμῶν κεκλήσθαι ἐπὶ C δειπνον καὶ τοῦσδε τοὺς ἄλλους, θεραπεύετε, ἵνα ὑμᾶς ἐπαινῶμεν.

Μετὰ ταῦτα ἔφη σφᾶς μὲν δειπνεῖν, τὸν δὲ Σωκράτη οὐκ εἰσιέναι. τὸν οὖν Ἀγάθωνα πολλάκις κε-

πάντως παρατίθετε] πάντας καὶ π. Ven. Z. Vind 2. Etiam Bas. 2. πάντας καὶ π. habet male. Dein Bodl. Vat. A. Ven. Z. Vind. 2. Par. D. ἐφροστήκει. Par. k. ἐφροστήκει. Coisl. ἐφροστήκει. Par. E. ἐφροστήκει. Ambr. Vat. r. ἀφροστήκη. Pro οὐδεπόποτε Par. DK. Vat. p. μηδεπόποτε. Supervacanea est Hommелиi coniectura: ἐπεὶ, τᾶν, τις ὑμῖν μὴ ἐφροστήκη.

C. ἔ δὲ οὐκ ἔᾶν] Sic Bodl. Vind. 1. 2. pro vulg. αὐτὸν δὲ οὐκ ἔᾶν. Par. DKEF. Vat. p. s. et rec. Coisl. τὸν δὲ οὐκ ἔᾶν. Flor. a. b. i. τὸν δὲ Σωκράτην οὐκ ἔᾶν. Vat. A. Ang. w. Vat. r.

πάντως παρατίθετε] utique apponite quodcunque volueritis. Illud πάντως sic cum imperativo iunctum quoniam mirum nonnullis accidit, locum corrigendum statuerunt. Sed quod reposuerunt ἰστιάτε πάντας, id quamquam Thierschio, Reyndersio, Rückerto placuit, tamen adeo languidum censemus, ut a Platonis manu haudquaquam profectum videatur. Recte vero et usui loquendi convenienter dicitur πάντως παρατίθετε. Xenoph. Cyrop. VIII. 3, 27: πάντως τὸνν, ὁ Σάκας ἔφη, δεῦρόν μοι. VII. 1, 18: ἀλλ' ἕως ἔτι σοι σχολή —, πάντως παρακάλεε τοὺς σὺν σοι εἰς τὴν ἐμβολήν. Oecon. XII. 11. al. Quocirca hic quidem nullam profecto videmus loci mutandi necessitatem. Sed praeterea labes aliqua haerere viris doctis visa est in proximis. Nam ἐπειδὴν τις ὑμῖν μὴ ἐφροστήκη quum nihil possit significare aliud nisi hoc: quum s. si quando nemo vobis est praepositus, hoc prorsus abhorre a mente Agathonis putarunt, qui ratio-

nem addere voluerit, cur servi suo arbitratu quidquid velint apponere convivis possint. Sed tota haec, si qua est, difficultas facili negotio removetur accuratioris loci interpretandi ratione investigata. Etenim verba ἐπειδὴν — ἐφροστήκη cohaerent cum ὅ τι ἂν βούλησθε, ad quod intelligendus relinquitur infinitivus παρατίθεναι. Itaque sententia haec est: Utique apponite quidquid apponere volueritis, quum nemo vobis praefectus sit: id quod ego nunquam feci; h. e. nunquam ita institui, ut vobis inter epulas aliquis esset eo nomine praefectus. Ita omnia et facili ratione expedita et ab vitii suspicione vindicata sunt.

νῦν οὖν νομίζοντες — θεραπεύετε] Hommелиus post ἐπὶ δειπνον interpunxit, commate post τοὺς ἄλλους sublato. Putat enim ante καὶ τοῦσδε τοὺς ἄλλους commate intelligi ἐμὲ. Quod ob id ipsum, quia καὶ τοῦσδε τοὺς ἄλλους additum est atque verbo θεραπεύετε praemissum, fieri nullo pacto potest. Recte

λεῦν μεταπέμψασθαι τὸν Σωκράτη, ἔ δὲ οὐκ ἔᾶν. ἤκειν οὖν αὐτὸν οὐ πολὺν χρόνον, ὡς εἰώθει, διατρίψαντα, ἀλλὰ μάλιστα σφᾶς μεσοῦν δειπνοῦντας. τὸν οὖν Ἀγάθωνα, τυγχάνειν γὰρ ἔσχατον κατακεῖμενον μόνον, Δεῦρ', ἔφη φάναι, Σώκρατες, παρ' ἐμὲ κατὰκεισο, ἵνα καὶ τοῦ σοφοῦ [ἀπτόμενός σου] ἀπολαύσω, D ὅ σοι προσέστη ἐν τοῖς προθύροις. δῆλον γὰρ, ὅτι

et pr. Par. D. ὁ δὲ οὐκ ἔᾶν, quod recepit Bekker. Idem tamen in Commentariis scripsit, hic, si usquam alibi, obsoleto illi ἔ locum esse, de quo vide sis Buttmann. Gr. Ampl. T. I. p. 289 sq. Idem fortasse delituit De Rep. X. p. 617. E., quem locum Rückertus comparat.

D. ἀπτόμενός σου] Desunt haec verba in Bodl. Vat. A. Vind. 2. Ang. w. et ed. Bas. 1. Uncis incluserunt Hommелиus et Turicensis; expunxit C. Fr. Hermann. Pro προσέστη male προσέστη Bodl. Vat. A. Vind. 2. Par. DK Aug. w. Vat. p. Mox κατέλεισθαι Coisl. Flor. F.

se habet καὶ ἐμὲ καὶ τοῦσδε τοὺς ἄλλους, i. e. ὡς περ τοῦσδε τοὺς ἄλλους, οὕτω καὶ ἐμὲ.

C. ἔ δὲ οὐκ ἔᾶν] h. e. se autem id non concessisse. Ne autem scribendum putes αὐτὸς δὲ οὐκ ἔᾶν, ex lege illa, de qua v. Matthiae §. 536., oppositionis ratio accusativum exigit. Quamquam tenendum est quod annotavimus infra p. 220. E. Praeterea cf. p. 175. E: οἶμαι γὰρ με παρὰ σοῦ πολλῆς καὶ καλῆς σοφίας πληρωθῆσθαι. Charmid. p. 173. A: οἶμαι μὲν, ἦν δ' ἐγὼ, ληρεῖν με. Apolog. Socrat. p. 36. B: ἠγροάμενος ἔμειν τὸν τῷ ὄντι ἐπιεικέστερον εἶναι. Lachet. p. 111. A: καμὲ ἠγροῦμαι ἐν τοῖς εὐνοιστάτοις σοι εἶναι. Legg. IX. p. 860. C: οἶμαι διαφθῆσθην ἐμὲ εἰρημέναι. Xenoph. Anab. VII. 1, 30: ἐγὼ μὲν τὸνν εὐχόμαι — μυσίας ἐμὲ γε κατὰ τῆς γῆς ἀγροῦντας γενέσθαι. Plura habet Heindorf. ad. Euthydem. §. 79. et Sophist. §. 42.

ἀλλὰ μάλιστα σφᾶς μεσοῦν δειπνοῦντας] sondern höchstens hätten sie

sich in der Mitte des Mahles befunden. Phaedr. p. 241. D: καίτοι ὄμην γε μεσοῦν αὐτόν, sc. τὸν λόγον. Politic. p. 265. B: κατ' ἀρχάς μὴν καὶ μεσοῦσιν ἔμα τῆς πορείας (i. e. ἐν τῷ μέσῳ τῆς πορείας οὖσιν) χαλεπὸν ἂν ἦν ἡμῖν τὸ πρόσταγμα. Eurip. Med. v. 59: ἐν ἀρχῇ τὸ πῆμα, κοῦδέπω μεσοῦ. al. De μάλιστα ita usurpato v. Löbeck. ad. Phryn. p. 50. Bast. Epistol. crit. p. 37. sq. Ita Criton. p. 43. A: πηρὶκα μάλιστα;

D. ἀπτόμενός σου] Haec verba quoniam desunt in bonis codd. uncis seclusimus. Potuerunt enim addi ex glossemate. Quamquam potuerunt item a criticis supiciiosioribus deleri. Reperit certe ea Socrates verbis ἐὰν ἀπώμεθα ἀλλήλων. Itaque saltem servandam duximus eorum memoriam. Mox quod post εἰπεῖν infertur φάναι, nihil hoc usu frequentius, v. mox p. 177. A. Phaedon. p. 115. C.

ὅ σοι προσέστη ἐν τ. π.] h. e. quod se tibi obtulit in vestibulo.

δός τε σφᾶς ποιήσασθαι καὶ ἕσαντας τὸν θεὸν καὶ
τᾶλλα τὰ νομιζόμενα τρέπεσθαι πρὸς τὸν πότον.
τὸν οὖν Πανσανίαν ἔφη λόγου τοιούτου τινὸς κα-
τάρχειν. Εἶεν, ἄνδρες, γάναι, τίνα τρόπον ῥᾶστα
πιόμεθα; ἐγὼ μὲν οὖν λέγω ὑμῖν, ὅτι τῷ ὄντι πάνυ
χαλεπῶς ἔχω ὑπὸ τοῦ χθῆς πότου καὶ δέομαι ἀνα-
ψυχῆς τινος, οἶμαι δὲ καὶ ὑμῶν τοὺς πολλοὺς· πα-

P. 176. ῥᾶστα πιόμεθα;] V. ἥδιστα πιόμεθα; Pro ἥδιστα
Bodl. Vat. A et codd. reliqui omnes ἕστα, ut mox iteratur ὡς
ῥᾶστα πίνομεν. Ad quem locum schol. ῥᾶστα τὸ ἥδιστα ἐν-
ταῦθα σημαίνει. Itaque illud ἥδιστα ex glossemate videtur flu-
xisse. Utrumque ἥδιστον καὶ ῥᾶστον coniunxit Dionys. Hal. T. I.
p. 19. ed Reisk. Doederlin. Specim. nov. edit. Sophocl. p. 90.
ῥᾶστα putabat in ἕστω aut ἄριστω mutandum esse. Pro πιόμεθα
πιόμεθα praebent Bodl. Par. DK. Ang. w. Vat. p. v. Ven. t. et
ex corr. Vat. A.

B. παρῆστε] Sic Bodl. Par. E. Vat. s. t., quam scripturam
etiam alii firmanit παρῆσθε vel. παρῆσαι scriptum exhibentes. Le-
gebatur ante Tur. παρῆτε.

Phileb. p. 231. collat. interprett.
ad Xenoph. Sympos. II. 1.

τὸν οὖν Πανσανίαν] Fuit
hic Agathonis amator, v. Prota-
gor. 315. D. E. Davis. ad
Max. Tyr. XXVI. 8. p. 27.
nostra introduct. ad Sympos. p.
XIV. sqq. Heindorf. ad Prota-
gor. p. 485. Schneider ad
Anabas. p. 420. et ad Sympos.
p. 146 sq.

τίνα τρόπον ῥᾶστα πιό-
μεθα] Schol. ῥᾶστα τὸ ἥδι-
στα ἐνταῦθα σημαίνει. Recte.
Eodem modo mox dicitur ῥᾶ-
στώνη τις τῆς πόσεως. Itaque
ex glossemate ortum est quod
vulgo legebatur ἥδιστα. De in-
dicativo πιόμεθα, quem in lo-
cum coniunctivi substituiimus, v.
infra c. XXXI: πῶς οὖν, γάναι,
— ποιοῦμεν; οὕτως οὕτε τι λέ-
γομεν ἐπὶ τῇ κίλικι οὕτε τι ἄδο-
μεν, ἀλλ' ἀτεχνῶς ὡς περ οἱ δι-
ψῶντες πιόμεθα. De Republ. II.
p. 377. E: ἀλλὰ πῶς δὴ λέγο-
μεν; Ibid. VII. p. 530. D: ὡς—
ἡμεῖς συγχωροῦμεν ἢ πῶς ποιοῦ-
μεν; Ibid. V. p. 461. E: ἢ πῶς

ποιοῦμεν; cf. Delect. Epigramm.
VII. 12. ed. Iacobus ibique an-
not. p. 228. Futurum habes
Phaedon. p. 71. E: πῶς οὖν
ποιοῦμεν; al.

οἶμαι δὲ καὶ ὑμῶν τοὺς
πολλοὺς] Sc. δεῖσθαι ἀναψυ-
χῆς, v. ad Apol. Socr. p. 25.
E. — De Aristophane nota sunt
omnia. Neque enim alium esse,
qui a Platone hilaris Agathonis
conviva introducitur, atque poe-
tam comicum, certissime co-
gnoscitur ex oratione Alcibiadis
c. XXXVI, ubi versus 361. ex
Nubibus recitatur. Quod autem
Plato eum in hoc libro fecit
cum Agathonis amicis convivan-
tem adeoque cum ipso Socrate
familiariter colloquentem, fue-
runt qui inde colligerent philoso-
phum neque odisse hominem fe-
stivissimum, neque putasse huius
potissimum diceris factum esse,
ut Socrates mortis condemna-
retur. Sed v. Prolegg.

B. Τοῦτο μέντοι εὐ λέ-
γεις] μέντοι frequenter in re-
sponcionibus aientibus usurpatum

ρῆστε γὰρ χθῆς. σκοπεῖσθε οὖν, τίνι τρόπῳ ἂν ὡς B
ῥᾶστα πίνομεν. Τὸν οὖν Ἀριστοφάνη εἰπεῖν· Τοῦ-
το μέντοι εὐ λέγεις, ὦ Πανσανία, τὸ παντὶ τρόπῳ
παρασκευάζεσθαι ῥαστώνην τινὰ τῆς πόσεως· καὶ γὰρ
αὐτός εἰμι τῶν χθῆς βεβαπτισμένων. Ἀκούσαντα οὖν
αὐτῶν ἔφη Ἐρυξίμαχον τὸν Ἀκουμένοῦ, Ἡ καλῶς,
γάναι, λέγετε. καὶ ἔτι ἐνός δέομαι ὑμῶν ἀκοῦσαι,

παρασκευάζεσθαι ῥαστώνην] Sic Vat. A. Ven. E. Par.
DK. Ambr. Ang. w. Vat. p. r, quod recepit Bekker. Vulgo
παρασκευάζεσθαι. Vat. n. παρασκευάζεσθαι.

καὶ γὰρ αὐτός εἰμι] Sic Bodl. Vat. A. Par. EK. Ambr.
Ang. w. Vat. p. r. s. Ven. t. Flor. a. b. c. i. n. Vulgo erat: καὶ
γὰρ καὶ αὐτός, v. ann.

αὐτῶν ἔφη Ἐρ.] Bodl. Vat. A. et pauci alii αὐτόν. male.
Dein Bodl. Vat. A. Ven. E. Vind. 2. Par. DK. Ang. w. Vat. p.
τὸν Ἐρυξίμαχον, praemisso articulo. Pro τὸν autem ante Ἀκου-
μένοῦ Par. k. habet τοῦ. Pro vulg. Ἀκουμένου recte monuit Bas-
tius accentus legem postulare Ἀκουμένοῦ. v. Reiz. De accentus
inclinat. p. 117. Et id ipsum praebuerunt Par. DFK.

Phaed. p. 68. B: οὐ πολλὴ ἂν
ἀλογία εἴη; Πολλὴ μέντοι ἡ Αἰ.
Ibid. p. 81. D. Sophist. p. 245.
B. Xenoph. Cyrop. 1. 4, 19.
Aristoph. Equit. v. 178. al.

ῥαστώνην τινὰ τῆς πόσε-
ως] Photius: ῥαστώνη ἀνά-
πανσις, τέφρις, τρυφή, εὐκόλλη.
Bekkeri Anecd. I. p. 300: ῥα-
στώνη ἄδεια, ἀνάπανσις.

καὶ γὰρ αὐτός εἰμι] Quod
vulgo ante αὐτός repetitum erat
καὶ, eo non opus est. Videtur
enim additum esse ab iis, qui
καὶ γὰρ non solum et enim,
sed etiam nam et, nam eti-
am significare ignorarent. Apo-
log. Socrat. p. 18. E: καὶ γὰρ
ἡμεῖς ἐκείνων πρότερον ἠκούοιτε
κατηγοροῦντων. Gorg. p. 467. B.
De Rep. V. p. 468. D. VII p.
527. C. Theaet. p. 145. D.
Hipp. mai. p. 290. C., ubi v. an-
not. Hom melius καὶ putat es-
se expletivum, quod quale sit
equidem ignoro. Verbum βα-
πτίζεσθαι de iis usurpatum, qui
se largius invitarunt vino, ad-
hibuit etiam Lucian. T. III,

p. 81; κρηβαροῦντι καὶ βεβα-
πτισμένῳ σοικεν. Clemens Al.
Paed. II. p. 182, 29: ὑπὸ μέ-
θης βαπτίζόμενος εἰς ὕπνον. v.
Dorvill. ad Chariton. p. 307.
ed Lips.

Ἐρυξίμαχον τὸν Ἀκ.] De
Eryximacho medico, Acumeni
medici filio, v. Protagor. p. 315.
C. Xenoph. Mem. III. 13. ibi-
que Valcken. Amicum fuisse
Phaedri patet e dialogo Phaedri
nomine inscripto p. 263. B. 227.
A. — Phaedrus, Pythoclis fili-
us, cognomini Platonis dialogo
nobilitatus, quem Athenaeus
XI. p. 505. F. negat fuisse So-
cratis aequalem, etiam in Pro-
tagora p. 315. C. inter convi-
vas Calliae memoratur. Erat
homo mollis ac delicatus, σοφός
τὰ ἐρωτικά v. Phaedr. p. 227.
A. Sectatus autem rhetores Si-
culos, imprimis Tisiam et Lysi-
am, misse sibi placebat in ora-
tione comenda et calamistris
ornanda. v. Phaedr. p. 227. p. 273.
al. Itaque oratio illa, quam Pla-
to ab eo habitam facit p. 178 sqq.,

πῶς ἔχει πρὸς τὸ ἐρῶσθαι πίνειν Ἀγάθων. Οὐ-
δαμῶς, φάναι, οὐδ' αὐτὸς ἐρῶμαι. Ἐρμαιον ἂν
C εἶη ἡμῖν, ἢ δ' ὅς, ὡς ἔοικεν, ἐμοὶ τε καὶ Ἀριστο-
δήμῳ καὶ Φαίδρῳ καὶ τοῖσδε, εἰ ὑμεῖς οἱ δυνατώ-
τατοι πίνειν νῦν ἀπειρήκατε ἡμεῖς μὲν γὰρ ἀεὶ ἀδύ-
νατοι. Σωκράτης δ' ἐξαίρω λόγου· ἱκανὸς γὰρ καὶ
ἀμφοτέρω, ὡστ' ἐξαρκέσει αὐτῷ ὀπότρω' ἂν ποιῶμεν.
ἐπειδὴ οὖν μοι δοκεῖ οὐδεὶς τῶν παρόντων προθύ-
μως ἔχειν πρὸς τὸ πολὺν πίνειν οἶνον, ἴσως ἂν ἐγὼ
περὶ τοῦ μέθυσκεσθαι, οἷόν ἐστι, τάληθ' ἢ λέγων ἤτ-

Ἐρμαιον ἂν εἴη] Par. F. Ambr. Ang. u. w. Vat. r. Ven. t.
ἐρμαιον. v. Fragm. Lexic. graec. apud Hermannum De entendand.
rat. Gramm. Gr. p. 342. §. 449.

C. ἐξαίρω λόγου] V. ἐξαίρω τοῦ λόγου. Articulum om.
Bodl. Coisl. Vat. A. Par. DEFK. Ang. u. w. Par. n. p. r. s. Flor.
a. b. c. i. Illud ἐξαίρω autem [cum Heindorfio ad Theaet.
p. 352. praeeunte Bekkero in ἐξαίρω mutavi.

εἴην ἀηδής] ἀηλής pr. Bodl. Vat. A.

habet nescio quid fucati colo-
ris et ornamentis, ut facile
appareat hominis ingenium et
mores, [ut ceterorum conviva-
rum, a Platone ad ipsam veritatem
esse expressos.

πῶς ἔχει πρὸς τὸ ἐρῶσθαι
πίνειν] h. e. ecquid
Agatho ad bibendum valet.

Ἐρμαιον ἂν εἴη — εἰ
ἡμεῖς νῦν ἀπειρήκατε] Sunt
haec verba Eryximachi, non Aga-
thonis. — Ἐρμαιον, i. e. κερ-
δος ἀπροσδόκητον, ἐπιτύχημα.
Phaed. p. 107. C: εἰ μὲν γὰρ ἦν
ὁ θάνατος τοῦ παντὸς ἀπαλλαγῆ,
ἐρμαιον ἂν ἦν τοῖς μικροῖς ἀπο-
θανοῦσι κ. τ. λ. Infra p. 217.
A. c. XXXIII: ἠγρούμενος δὲ αὐ-
τὸν ἐπονομαζέσθαι ἐπὶ τῇ ἐμῇ ὄρεϊ
ἐρμαιον ἠρησάμην εἶναι καὶ ἐπι-
τύχημα ἐμὸν θανάστον. In ver-
bis Ἐρμαιον ἂν εἴη ne quis οὖν
insertum cupiat, prohibebunt
quae ad Remp. V. p. 463. ad-
scripsimus. De indicativo ἀπει-
ρήκατε post optativum illato v.
ad Apolog. Socr. c. XII extr.
p. 42.

C. ὡς ἔοικεν] Attica urba-
nitate pro ὡς ἀληθῶς dictum,
usu frequenti, v. Lennep. ad
Phalar. Epp. p. 316.

ἐξαίρω λόγου] Ne quis re-
quirat articulum, prorsus eodem
modo Phaedr. p. 242. B: Συμ-
μῖαν τὸν Θεβαίων ἐξαίρω λόγου.
De Republ. VI. p. 493. A: θεῖον
μῖντοι — ἐξαίρω λόγου. Ibid.
III. p. 394. B, in quibus locis
omnibus perperam scribatur
ἐξαίρω, v. Wyttenbach ad
Plutarch. de S. N. V. p. 141.
et Heindorf. ad Theaet. p.
352. Sed ἐξαίρω scribi oportere
docet inter alia Maxim. Tyr.
X. 4: Ἐπιγονοὺν ἂν ἐξεῖω λόγου.
Inserto articulo Libanius Orat.
in Jul. I. p. 379. ed. Reisk. a
Reyndersio laudatus: Φολιῶνα δ'
ἐξαίρω τοῦ λόγου. Aristides
Orat. II. p. 269. T. II. ed. Iebb:
Πλάτων δ' ἐξαίρω τοῦ λόγου·
ἱκανὸς γὰρ ἀμφοτέρω: quae ex
hoc loco imitatione expressa
sunt. Socratem quod numero hoc
eximit, valet hoc ad testificandam
ejus animi fortitudinem, quam

τον ἂν εἶην ἀηδής. ἐμοὶ γὰρ δὴ τοῦτό γε οἶμαι κα- D
τάδηλον γεγονέναι ἐκ τῆς ἱατρικῆς, ὅτι χαλεπὸν τοῖς
ἀνθρώποις ἢ μέθη ἐστί· καὶ οὔτε αὐτὸς ἐκὼν εἶναι
πόρρω ἐθελήσαιμι ἂν πιεῖν, οὔτε ἄλλω συμβουλεύ-
σαιμι, ἄλλως τε καὶ κραιπαλῶντα ἔτι ἐκ τῆς προτε-
ραίας. Ἀλλὰ μὲν, ἔφη φάναι ὑπολαβόντα Φαίδρον
τὸν Μυρρῶνούσιον, ἐργαίε σοι εἶωθα πείθεσθαι, ἄλ-
λως τε καὶ ἄττ' ἂν περὶ ἱατρικῆς λέγης, νῦν δ',
ἂν εὖ βουλευῶνται, καὶ οἱ λοιποί. Ταῦτα δὴ ἀκού-

D. ἄλλως τε καὶ κραιπαλῶντα] Bodl. a. pr. m. Vat. A.
Par. DK. Vat. p. κραιπαλῶντα. Dein Bodl. Vat. A. Φαίδρων.
Iidem cum Ven. E. Par. D. Ang. u. w. Vat. n. p. Vind. 7. Flor.
a. b. c. i. Μυρρῶνούσιον pro vulg. Μυρρῶνούσιον. v. Pausan. I. 31.
et Steph. Byzant. in voc.

νῦν δ', ἂν εὖ βουλευῶνται, καὶ οἱ λοιποί] Vett. editt.
νῦν δ' αὖ εὖ βούλονται. Bekkerus cum Par. E. νῦν δὲ αὖ βούλον-
ται. In Vind. I. Flor. b. c. i. Coisl. Ambr. Ang. u. w. Vat. n. r.

ipsam infra p. 323. C. proba-
visse narratur.

ὅστι' ἐξαρκέσει αὐτῷ] ut
satis habiturus sit, ut ei
satisfactorum sit, utrum-
cunque faciamus.

ἤττον ἂν εἴην ἀηδής] cum
Attica urbanitate dictum pro vo-
bis haudquaquam mole-
stus ero.

D. αὐτὸς ἐκὼν εἶναι] h.
e. quantum quidem ex mea
voluntate pendeat, quan-
tum quidem res mei sit
arbitrii, v. Hermann. ad
Viger. p. 888.

ἄλλως τε καὶ κραιπαλῶν-
τα] Accusativus, qui ad infinitivum
πιεῖν pertinet, more non
infrequenti post dativum infer-
tur, ut Criton. c. XIII: τῷ ἐξου-
σίαν πεποιμέναι Ἀθηναίων τῷ
βουλομένῳ — ἐξεῖναι λαβόντα
τὰ αὐτοῦ κ. τ. λ. Infra c. XIII:
πᾶσαν ἡμῖν εὐδαιμονίαν παρα-
σκευάζει, καὶ ἀλλήλους δυναμέ-
νους ὀμιλεῖν. De Republ. III.
p. 414. A: τιμὰς διοτέον ἕρποντι —

λαγχάνοντα. Euthyphr. p. 5. A:
κραισιτόν ἐστι μεθητῆ ὡς γενέ-
σθαι καὶ προκαλεῖσθαι, λέγοντα
ὅτι κ. τ. λ., ubi v. annot. Di-
narch. Or. contra Demosth.
extr. προσεκτεῖν ἡμῖν — εἰδότας.
Sophoc. Electr. v. 480: ὑπε-
στί μοι θράσος, ἀδυνασίαν κλύ-
ουσαν ἀριῶς ὀνειράτων, ubi v.
Brunck. Plura dabunt Elms-
leius ad Eurip. Heraclid. v.
693. Interpp. ad Lucian. Electr.
§. 3. ad Thucyd. VII. 57. Ia-
cobs. in Athen. p. 97.

σοι εἶωθα πείθεσθαι] V.
Phaedr. p. 227. A.

ἄλλως τε καὶ ἄττ' ἂν π.
i. λέγης] Hoc paullo gravius
dictum pro ἄλλως τε καὶ ἐάν τι-
να λέγης, v. ad Euthyphron. p.
3. D. Apol. Socrat. p. 22. B.
Phaedr. p. 242. C. 269. D. La-
chet. p. 188. A.

νῦν δ', ἂν εὖ βουλευῶν-
ται, καὶ οἱ λοιποί] nunc
vero, si bene sibi consu-
lant (nec velint valetudini
officere), etiam reliqui prae-
ter me convivae consilio

Εσαντας συγχωρεῖν πάντας μὴ διὰ μέθης ποιήσασθαι τὴν ἐν τῷ παρόντι συνουσίαν, ἀλλ' οὕτω πίνοντας πρὸς ἡδονήν.

Cap. V. Ἐπειδὴ τοίνυν, φάναι τὸν Ἐρυξίμαχον, τοῦτο μὲν δέδοκται, πίνειν ὅσον ἂν ἕκαστος βούληται, ἐπάναγκες δὲ μηδὲν εἶναι, τὸ μετὰ τοῦτο εἰσηγοῦναι τὴν μὲν ἀρτι εἰσελθούσαν ἀνλητρίδα χαιρεῖν ἑᾶν, ἀνλοῦσαν ἑαυτῇ, ἢ, ἂν βούληται, ταῖς γυναιξὶ ταῖς ἔνδον, ἡμᾶς δὲ διὰ λόγων ἀλλήλοις συνεῖναι τὸ τήμερον. καὶ δι' οἶων λόγων, εἰ βούλεσθε, ἐθέλω

est ἡν δ' ἂν εἰ β., in quo veri insunt vestigia. Bodl. Vat. A. Vind. 1. 2. Par. F. Ambr. Aug. u. w. Vat. n. r. Ven. t. βούλωται. Coisl. ex em. βουλεύονται. Mittamus iam reliquas virorum doctorum coniecturas. Patet enim ex librorum lectionibus proxime ad verum accessisse Bastium Epist. crit. p. 13., qui legendum putat: ἡν δ' ἂν εἰ βουλεύονται καὶ οἱ λοιποί, i. e. modo ceteri quoque sibi bene consulant, modo verba ἂν εἰ βουλεύονται a ceteris interpunctione separentur, ut cohaereant inter se haec:

quo obtemperabunt. Nam ad ἡν δὲ καὶ οἱ λοιποὶ intelligendum relinquatur σοι πείσονται. Optime Winckelmannus ad Euthydem. p. 140., qui veram loci rationem acute perspexit, comparat Thucyd. V. 111: ὃ ἡμεῖς, ἦν εἰ βουλεύσθε, φυλάξεσθε καὶ οὐκ ἀπειθεῖς νομίετε πόλεως τῆς μεγίστης ἠτιάσθαι. Ibid. c. 110: οὐκ, ἦν γε σωφρότως βουλεύσθε. Menon. p. 80. B: καὶ μοι δοκεῖ εἰ βουλεύσθαι οὐκ ἐκπέων ἐνθένδε, οὐδ' ἀποδηῶν.

Ε. διὰ μέθης ποιήσασθαι τὴν — συνουσίαν] h. e. εὐκείναι μεθυσκομένους. Legg. I. p. 640. B: ἔστι δὲ γε ἡ τοιαύτη ουνουσία, εἴπερ ἔσται διὰ μέθης, οὐκ ἀθρόμβος. v. Matthiae §. 580 e. Eodem modo mox dicitur διὰ λόγων ἀλλήλοις συνεῖναι, h. e. ἀλλήλοις διαλεγόμενοι συνεῖναι. conf. Baehrius ad Plutarchi Pyrrhum c. 14. οὔτω π. ἡδονῆν] ita ut valeat ad voluptatem, h. e. quantum quisque velit. v. cap.

V. in., ubi est: ὅσον ἂν ἕκαστος βούληται, ἐπάναγκες δὲ μηδὲν εἶναι. De Rep. IV. p. 420. E: πρὸς ἡδονὴν ἐργάζεσθαι τὴν γῆν. Eurip. Med. 771: δέχου δὲ μὴ πρὸς ἡδονὴν λόγους. Demosth. pro. Coron. §. 2: ὃ μὲν ἐστὶ πρὸς ἡδονὴν, τοῦτο δέδοκται. Isocrat. De Pac. p. 179. Beck: πρὸς ἡδονὴν δημηγοεῖν. Herodot. III. 126: οὐ πρὸς ἡδονὴν αἰὲν τὰ ἀγγελλόμενα. Aeschyl. Prometh. v. 503: ἔχοντ' ἂν εἰη δαίμοσι πρὸς ἡδονὴν. Ac similiter dicitur πρὸς ὄργην, πρὸς χάριν, πρὸς ἐχθρῶν, al. de quibus V. Dorvill. ad Chariton. p. 538. ed. Lips. Istud οὔτως autem, δεκτικῶς dictum, accipiendum est ut in formulis illis, οὔτως ἐξ ὑπογίου, οὔτως ἐν τῷ παρόντι, aliis. v. Heindorf. ad Phaedr. p. 235. C. Neque enim mihi persuadere possum verum vidisse Hommelium, qui post οὔτω commate distinguit, ut πρὸς ἡδονὴν per epexegetin adiciatur.

τὸ μετὰ τοῦτο εἰσηγοῦ-

ἡμῶν εἰσηγήσασθαι. Φάναι δὲ πάντας καὶ βούλεσθαι καὶ κελεύειν αὐτὸν εἰσηγεῖσθαι. Εἰπεῖν οὖν τὸν Ἐρυξίμαχον, ὅτι Ἡ μὲν μοι ἀρχὴ τοῦ λόγου ἐστὶ κατὰ τὴν Εὐριπίδου Μελανίππην· οὐ γὰρ ἐμὸς ὁ μῦθος, ἀλλὰ Φαίδρου τοῦδε, ὃν μέλλω λέγειν. Φαῖδρος γὰρ ἐκάστοτε πρὸς με ἀγανακτῶν λέγει· Οὐ δεῖνόν, φησὶν, ὦ Ἐρυξίμαχε, ἄλλοις μὲν τισὶ θεῶν ὕμνους καὶ παιῶνας εἶναι ὑπὸ τῶν ποιητῶν πεποιημένους, τῷ δὲ Ἐρωτι, τηλικούτῳ ὄντι καὶ το-

νῦν δ' — καὶ οἱ λοιποί, id quod sensit etiam Winkelm ad Euthyd. p. 140.

E. ἂν βούληται] V. ἂν γε βούληται: sed γε non agnoscunt Bodl. Coisl. Vat. A. Ven. E. Vind. 2. Par. DK. Ambr. Ang. u. w. Vat. n. p. r. Ven. t. Flor. a. b. c. i. Pro ἂν Bodl. Vat. A. Par. DK ἂν praebuerunt.

P. 177. καὶ κελεύειν] Hoc καὶ ignorant Vat. A. Ang. w. C. Fr. Herm. καὶ ante βούλεσθαι extrudi iubet. v. explicatt.

καὶ παιῶνας] παῖνας Vat. A. Coisl. Ang. w. Vat. n. et

μαί] h. e. συμβουλεύω, interprete Hesychio. Nam εἰσηγεῖσθαι est conditionem ferre, auctorem esse, suadere. Criton. p. 48. A: ὥστε — οὐκ ὀρθῶς εἰσηγεῖ εἰσηγούμενος — δεῖν ἡμᾶς φροντίζειν κ. τ. λ. Putarunt autem viri docti dimitti tibicinam, ut notaretur Xenophon, qui tibicinae et aliis ludis in suo convivio locum dedisset. Quam quidem opinionem nuper exploserunt Boecklius in disput. de similitate, qua e Platoni cum Xenophonte intercessisse fertur p. 8 sq. et Astius de Vita et Scriptis Platoni. p. 317. conf. Plato ipse Protag. p. 347. C. D. et Antiphon. ap. Athen. X. p. 446. A. Plutarch. Sympos. Quaest. VII. 7.

ταῖς γυναιξὶ ταῖς ἔνδον] Cornel. Nep. Praefat. §. 7: Neque sedet (mulier) nisi in interiore parte aedium, quae gynaecoonitis

appellatur, ubi v. interpitt.

P. 177. Φάναι δὲ πάντας] Tum vero omnes dixisse, et velle sese, et iubere ipsum id proponere. Non opus verborum mutatione.

οὐ γὰρ ἐμὸς ὁ μῦθος] Lepide et festive hoc versu utitur, quem a Graecis usurpatum esse tanquam proverbium, quo dictorum invidiam a se averterent, docuimus ad Apolog. Socrat. p. 20. E. Quippe Phaedrum facit horum sermonum auctorem, hominem τὰ ἐρωτικὰ σοφώτατον.

τηλικούτῳ καὶ τοσοούτῳ φ.] h. e. deo tam multorum bonorum auctori et tam potenti. Non enim placet Rückerti et Hommelii interpretatio: deo tam vetusto et magno. Arrian. Expedit. Alexandr. I. 12, 6: τοσαῦτα ἢ τηλικαῦτα ἔργα κατὰ πλήθος ἢ μέγεθος. Lucian. Somn. a. Vit. Lucian. 13: ἀφείς αὐτοῦς τηλικούτους καὶ τοιούτους ἀνδρας.

Β σούτῳ θεῷ, μηδὲ ἓνα πώποτε τοσοῦτων γεγονότων ποιητῶν πεποιημένοι μηδὲν ἐγκώμιον; εἰ δὲ βούλει αὖ σκέπασθαι τοὺς χρηστοὺς σοφιστάς, Ἡρακλέους μὲν καὶ ἄλλων ἐπαίνοὺς καταλογάδην συγγράφειν, ὡς περὶ ὁ βέλτιστος Πρόδικος· καὶ τοῦτο μὲν ἤττον καὶ θαυμαστόν, ἀλλ' ἐγώ γε ἤδη τινὶ ἐνέτυχον βιβλίῳ ἀνδρὸς σοφοῦ, ἐν ᾧ ἐνήσαν ἄλλες ἐπαινοῦ θαυμά-

pr. Bodl. παιᾶνας Vind. 1. 2. 7. Par. DK. Ambr. Vat. p. r. Ven. t. et schol. cum corr. Bodl. v. ad Remp. VI. p. 383. B. Ruhnck. ad Tim. p. 202.

Β. ἤττον καὶ θαυμαστόν] καὶ om. Vind. 7. et Pal. Creuz., probantibus Bastio atque Thierschio, quos tamen frustra male habuit istud καὶ comparativo postpositum, v. commentar.

ἀνδρὸς σοφοῦ] Desunt haec in Bodl. Vat. A. Vind. 2. et

μηδὲ ἓνα] Cave idem esse putes quod μηδένα: significat enim ne unum quidem, h. e. plane nullum, vide annot. ad p. 214. D. Deinde Valckenar. Diatrib. in Eurip. Reliq. p. 157. legi volebat μηδὲ ἐγκώμιον. Quo non opus est. Quum enim ἐγκώμιον sensu latiore ita dicatur, ut complectatur ἕμους καὶ παιᾶνας, id quod docuerunt interpret. ad Thom. Mag. p. 561. et Ilgen. ad Scolia p. XXXVII., ne hoc quidem loco causa ulla est, cur angustiore significatione accipiendum putemus.

τοὺς χρηστοὺς σοφ.] Leni cum cavillatione hoc dictum est, ut mox ὁ βέλτιστος Πρόδικος.

Ἡρακλέους μὲν] Oratio ἀνακλόουθος. Sed effertur deinde alio modo quod menti loquentis obversabatur: nec vero laudes Amoris celebrasse, sed maluisse adeo in laudandis rebus tritis ac vulgaribus operam suam consumere.

καταλογάδην συγγράφειν] h. e. prosa oratione, ut saepe. Pendet hic infinitivus item ex οὐ δεινόν, quod etsi paulo remotius est, tamen in

hac imitatione orationis Phaedri, studii et indignationis plenae, laud incommode intelligitur. Ficinus haec sic convertit: invenies sophistas Herculem laudasse, ut legisse videatur: εὐθροῖς Ἡρακλέους μὲν καὶ ἄλλων — συγγράφειν sc. αὐτοῖς. Respicit autem Plato ad nobilem illam Prodicum de Hercule narrationem, quam habet Xenophon. Memor. II. 1, 21 sqq.

ὡς περὶ ὁ β. Πρόδικος] Int. συγγράφειν. De usu nominativi v. ad Phaedon. p. 111. A.

τοῦτο μὲν ἤττον καὶ θαυμαστόν] atque id minus etiam mirum est quam hoc, quod iam in librum quandam incidi etr. Iniuria Bastins atque Thierschius καὶ cum cod. Vind. et Vat. omittendum putarunt. Pertinet enim ad ἤττον, quod propter ponderis sui gravitatem praemissum est. Thucyd. VI. 1: ἢ μᾶλλον καὶ ἐπέθεντο. Xenoph. Cyrop. I. 6, 39. p. 104. ed. Bornem. ταῦτα γὰρ μᾶλλον καὶ ἑξαπατᾶν δύναται. Synesius De Provident. p. 15. ed. Krabing. ἀλλὰ τὰ μεγάλα δεῦρο μετῴσει καὶ φροῖμοις προξανα-

σιον ἔχοντες πρὸς ὠφέλειαν· καὶ ἄλλα τοιαῦτα συγνά ἴδοις ἂν ἐγκεκωμιασμένα. τὸ οὖν τοιούτων μὲν περὶ πολλὴν σπουδὴν ποιήσασθαι, Ἔρωτα δὲ μηδένα πω ἀνθρώπων τετολυμῆναι εἰς ταυτηνὴ τὴν ἡμέραν ἀξίως ὑμῆσαι! ἀλλ' οὕτως ἡμέληται τοσοῦτος θεός! ταῦτα δὴ μοι δοκεῖ εὖ λέγειν Φαῖδρος. ἐγὼ οὖν ἐπιθυμῶ ἅμα μὲν τούτῳ ἔρανον εἰσενεγκεῖν καὶ χα-

pr. Ven. E. Efficenda censet Herm., qui ironiam iis expressam Socrati, non Phaedro convenire ait. Quasi vero non idem dicat χρηστοὺς σοφιστάς et ὁ βέλτιστος Πρόδικος.

C. τοιαῦτα συγνά] Hunc ordinem firmant Bodl. Coisl. Vat. A. Ven. E. Par. DK. Ang. u. w. Vat. n. p. r. Flor. a. b. c. i. Vett. editit. συγνά τοιαῦτα. Mox pro ἀξίως Bodl. Vat. A. Par. DK. Ang. w. Vat. p. prave ἀξίως.

δεινῶνται. Plat. Legg. X. p. 904. D: διαφέροντα καὶ μετέβαλε τόπον. Parmen. p. 161. A: ἐτεροῖα καὶ εἴη ἂν. Sophist. p. 218. A: ἀρα τολῶν οὐτῶ καὶ, καθάπερ εἶπε Σωκράτης, πᾶσι κεχαρισμένος ἔσται. Hinc lucem afferas Sophocli Antig. 280: πάνσαι, πρὶν δόξης καμὲ μετῴσαι λέγων, ubi procul dubio cum Seidlerio scribendum καὶ με, ut καὶ ad δόξης referatur, hoc sensu: desinas, ne me ira etiam repleas, sicuti antea indignatione. Nam Hermannus quidem explicatio parum placet.

ἐν ᾧ ἐνήσαν — ὠφέλειαν] quo continebantur salis laudes. Isocrat. Helen. Laudat. p. 304: τῶν μὲν γὰρ τοὺς βομβυλιῶδες καὶ τοὺς ἄλλας καὶ τὰ τοιαῦτα βουληθέντων ἐπαινεῖν οὐδείς πώποτε λόγων ἠπόρησεν. Nimirum in huiusmodi argumentis tractandis versabatur sophistarum et rhetorum, posterioris imprimis aetatis, studium ac diligentia. Cicero Brut. §. 47: Singularum rerum laudationes vituperationesque conscripsit, quod iudicaret hoc oratoris esse proprium, rem augere posse

laudando vituperandoque rursus affligere. Sed doctissime de hac re exposuerunt Wolf. Prolegomm. ad Demosthen. Leptin. p. XXXV. sqq. et Wyttenbach. ad Plut. Mor. Vol. 1. p. 385. sqq. ed. Lips.

C. τὸ οὖν τοιούτων —] Infinitivus cum articulo admirationem et indignationem loquentis indicat, v. ad Phaedon. p. 99. B: τὸ γὰρ μὴ διελεσθαι οἶόν τ' εἶναι! Itaque post ὑμῆσαι posui signum exclamandi. Pro ἀλλ' οὕτως θεός legitima ratio exigebat ἡμελησθαι τοσοῦτον θεόν. Sed abrupte loquitur more indignantium. Mireris Wyttenbach. Bibl. Crit. Vol. 1. P. 1. p. 48. et Vol. III. Part. XII. p. 10. locum sanissimum coniectura tentantem. Ceterum τολμᾶν est h. l. sustinere, suscipere, v. Gataker in Advers. Misc. II. 9. Opuscul. Critt. p. 318.

ἔρανον εἰσενεγκεῖν] symbolam aliquam conferre, h. e. amici consilium adiuvere eique gratum facere. De formula ἔρανον εἰσενεγκεῖν eiusque usu laudant interpretes Casaubon. ad Theophrast. Char. c. XV.

ορίσασθαι, ἅμα δ' ἐν τῷ παρόντι πρόπον μοι δοκεῖ εἶναι ἡμῖν τοῖς παροῦσι κοσμηῆσαι τὸν θεόν. εἰ οὖν ξυνδοκεῖ καὶ ὑμῖν, γένοιτ' ἂν ἡμῖν ἐν λόγοις ἰκανὴ διατριβή· δοκεῖ γάρ μοι χρῆναι ἕκαστον ἡμῶν λόγον εἰπεῖν ἑπαινον Ἐρωτος ἐπὶ δεξιᾷ ὡς ἂν δύνηται κάλλιστον, ἄρχειν δὲ Φαῖδρον πρῶτον, ἐπειδὴ καὶ πρῶτος καταλείπεται καὶ ἔστιν ἅμα πατὴρ τοῦ λόγου. Οὐδεὶς σοι, ὦ Ἐρυξίμαχε, γάναι τὸν Σωκράτη, ἐναντία ψηφιεῖται. οὔτε γὰρ ἂν που ἐγὼ ἀποφήσαιμι, εἰ οὐδὲν φημι ἄλλο ἐπίστασθαι ἢ τὰ ἐρωτικά, οὔτε

E. πᾶσα ἡ διατριβή] Articulum praebuerunt Bodl. Vat. A. Ven. E. Vind. 2. Par. DK. Angel. w. Vat. p. πάντες ἅρα ξυνέφασαν] Wyttenbach. Bibl. Crit. I. p. 39.

κοσμηῆσαι τ. Θ.] h. e. laudibus ornare.

εἰ οὖν ξυνδοκεῖ — διατριβή] Haec in brevius contracta sunt. Nam plene debet dici hoc modo: εἰ οὖν ξυνδοκεῖ καὶ ὑμῖν, οὕτω ποιήσομεν γένοιτο γὰρ ἂν ἡμῖν ἐν λόγοις ἰκανὴ διατριβή. Ex qua interpretatione patet, qui fiat, ut post εἰ ξυνδοκεῖ inferatur optativus cum ἂν coniunctus. — ἰκανὴ διατριβή, h. e. satis larga in dicendo materia, qua otium consumamus, hinlängliche Unterhaltung. Non habet Latina lingua vocabulum, quo commode reddi possit Graecum διατριβή, quod de huiusmodi disputationibus et colloquiis amicorum frequentissime usurpari constat, v. Euthyphron. in. Apolog. Socr. p. 37. D. p. 41. A. Phaedon. p. 59. D. Politic. p. 285. C., ubi eadem verborum coniunctio: περὶ πάσης τῆς ἐν τοῖς τοιοῖσδε λόγοις διατριβῆς.

D. ἐπὶ δεξιᾷ] a dextera in orbem. — πατὴρ τοῦ λόγου, h. e. auctor. Phaedr. p. 257. B: Φαῖδρός τε καὶ ἐγώ,

ἀναλὼν τὸν τοῦ λόγου πατέρα αὐτιώμενος.

ὅς οὐδὲν φημι ἄλλο ἐπίστασθαι] Profitebatur enim Socrates artem amatoriam, v. infra p. 212. B. Phaedr. p. 227. C. Lysid. p. 204. B. Xenoph. Mem. II. 6, 28. Symp. III. 3. Maxim. Tyr. XXIV. 4. The- mist. Oratt. XIII. p. 161., quod quorsum pertineat in Prolegg. ad Charmidem et Phaedrum significavimus.

E. οὐδὲ μὴν Ἀριστοφάνη] Notabis οὐδὲ μὴν non sine gravitate post οὔτε — οὔτε illatum, v. ad Apolog. Socrat. c. IV. in. Etiam οὔτε μὴν ita post οὔτε inferri docuit Herb. st. ad Xenoph. Symp. p. 17.

ὅ περὶ Διόνυσον καὶ Ἀφροδίτην] Cum Baccho Aristophani res erat tanquam poetae comico. Erat enim huic deo res scenica sacra, v. Casaub. De poesi satyr. p. 9. ed. Rambach. Sed quid ei cum Venere intercesserit necessitudinis, de eo variae sunt hominum doctorum opiniones. Et Wolfius quidem suspicatur ad mores quosdam poetae respici, quos non accuratius cognitos habea-

που Ἀγάθων καὶ Πανσανίας, οὐδὲ μὴν Ἀριστοφάνη, ὃ περὶ Διόνυσον καὶ Ἀφροδίτην πᾶσα ἡ διατριβή, οὐδὲ ἄλλος οὐδεὶς τούτων ὧν ἐγὼ ὀρώ. καί τοι οὐκ ἐξ ἴσου γίγνεται ἡμῖν τοῖς ὑστάτοις κατακειμένοις· ἀλλ' ἐὰν οἱ πρόσθεν ἰκανῶς καὶ καλῶς εἴπωσιν, ἐξαρκέσει ἡμῖν. ἀλλὰ τύχη ἀγαθῆ καταρχέτω Φαῖδρος καὶ ἐγκωμιαζέτω τὸν Ἐρωτα.

Ταῦτα δὴ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ἅρα ξυνέφασαν τε καὶ ἐκέλευον ἄπερ ὁ Σωκράτης. πάντων μὲν οὖν, 178 ἂ ἕκαστος εἶπεν, οὔτε πάνυ ὁ Ἀριστόδημος ἐμέμνητο

coni. πάντες ἅμα ξυνέφ. Sed v. annot.

P. 178. ἂ ἕκαστος εἶπεν] Vett. editt. ὅσα ἕκαστος εἶπεν, praeter codicum fidem.

mus. Rückertus autem comœdias Aristophanis tanquam Veneris plenas significari censet. Posterior explicatio handquam probanda. Simplicissimum est existimare Venerem quoque commemorari, quia ea cum Baccho fere solebat consociari et utrumque numen ad conviviorum hilaritatem valebat. Aristæen. I. Ep. 3: καὶ οὕτω δὴ γέγονεν ἡμῖν ἀμφὶ Διόνυσον τε καὶ Ἀφροδίτην ἢ πᾶσα διατριβή. Lucian. Saturnal. §. 34: οὐ πρῶτα μὲν οὐ κωφὸν καὶ ἄφωνον τὸ συμπόσιον ἐπέουσιν εἶναι, ἀλλ' ἐν μύθοις συμποτικῶς καὶ σκώμμασιν ἀνεπαχθέου καὶ φιλοφροσύναις συνέονται, οἷα ἡδίσται διατριβαί, φηλαὶ μὲν τῷ Διονύσῳ καὶ Ἀφροδίτῃ, φηλαὶ δὲ καὶ Χάρου. Vide tamen Prolegg.

καί τοι οὐκ ἐξ ἴσου γ.] quanquam iniqua nobis conditio est. De hoc καί τοι — ἀλλὰ — ἀλλὰ v. ad Phaedon. p. 68. E. τύχη ἀγαθῆ] v. ad Criton. p. 43. D.

Ταῦτα δὴ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ἅρα ξυνέφ.] Non amsim hoc ἅρα cum Wyttenbachio in ἅμα mutare. Ean-

Plat. Opp. Vol. I. Sect. III.

dem voculae collocationem habes Sophist. p. 224. E: εἰ δὴ σκοπῶμεν, εἴ τιτι τοιούδε προσέκειν ἅρα τὸ νῦν μεταδιωκόμενον γένος. Legg. X. p. 906. B: ψυχὰ δὴ τίτες ἐπὶ γῆς οἰκοῦσαι καὶ ἄδικον λῆμα κεκτημέναι δηλονότι Θηριώδεις πρὸς τῶν νῦν φυλάκων ψυχὰς ἅρα κινῶν κ. τ. λ. De Rep. VIII. p. 547. B: στάσεως, ἣν δ' ἐγώ, γενομένης εἰλέτην ἅρα ἐκατέρω τῷ γένει. Aristoph. Ecclesiaz. v. 91: τί γὰρ ἂν χεῖρον ἀκροάμην ἅρα ξαίνοσα, Ibid. v. 433. ed. Dind. al. Ceterum recte Reisigius Enarrat. Soph. Oed. Col. CCVIII. „ἅρα particula, quae ab ἄρω orta, multo latius patet, quam ad conclusiones faciendas tantummodo, atque omne id, quod aptum est, declarat.“ Hoc loco vocula significat propter ea, quae antea monita fuerint, factum esse, ut omnes consentirent.

P. 178. οὔτε πάνυ ὁ Ἀριστόδημος —] Cautè haec interposuit, ne legentes in eam inciderent opinionem, ut has orationes revera habitas, non ab ipso cuiusque ingenio convenienter compositas esse putarent.

οὐτ' αὖ ἐγὼ ἂ ἐκεῖνος ἔλεγε πάντα· ἂ δὲ μάλιστα καὶ ὧν ἔδοξε μοι ἀξιωμακρόντων [εἶναι], τούτων ὑμῖν ἐρῶ ἐκάστου τὸν λόγον.

Cap. VI. Πρῶτον μὲν γάρ, ὡς περ λέγω, ἔφη Φαῖδρον, ἀρξάμενον ἐνθύνδε ποθέν, λέγειν, ὅτι μέγας θεὸς εἴη ὁ Ἔρως καὶ θαυμαστός ἐν ἀνθρώποις τε καὶ θεοῖς, πολλαγῆ μὲν καὶ ἄλλη, οὐχ ἥμισυ δὲ **B** κατὰ τὴν γένεσιν. Τὸ γὰρ ἐν τοῖς πρεσβύτατον εἰ-

ἀξιωμακρόντων [εἶναι] ἀξιωμακρόντων Par. DK. Vat. p. Vatic. Creuzeri. In Bodl. Coisl. Vat. A. Par. EF. Ambr. Ang. u. w. Vat. n. r. s. Ven. t. est ἀξιωμακρόντων, quod verum. Vett. editt. habent ἀξιωμακρόντων, sicuti in Bodl. superscriptum exstat. Id male defendit Hommel. Nam etsi genitivum cum ὧν coniungere liceat, tamen quum non ipsi oratores, sed tantummodo orationes vocari possint ἀξιωμακρόντων, eam lectionem vitiosam esse apparet. In Bodl. Vat. A. Ven. E. Vind. 2. Ang. w. εἶναι desideratur. Igitur uncis seclusi. Nam et recte abesse potest et optimatorum librorum destituitur auctoritate.

B. ἐν τοῖς πρεσβύτατον εἶναι τῶν θεῶν] Vett. editt. πρεσβυτάτοις, quod e Bodl. Vat. A. Vind. 1. 2. 7. Par. DK. Ang. w. Vat. p. Stobaeo Eclogg. Phys. p. 154. mutatum. Pro τῶν θεῶν, quod tenemus, alii ex Par. DK. Ambr. Vat. r. p. Vind. 1. 7. Vat. Creuz. dederunt τὸν θεόν. Pro τίμιον ἢ δ' ὅς Stobaeus l. c. τίμιον εἶδος. Inde Creuzerus ad Plotin. l. c. eleganti coniectura

ἂ δὲ μάλιστα — ἀξιωμακρόντων εἶναι] Quod nunc reduximus tandem ἀξιωμακρόντων, id mutatum ab iis est, qui structurae genus non cognitum haberent. Est vero ἂ ἀξιωμακρόντων dictum ut ταῦτα ἀδύνατον, de qua loquendi forma v. Ast. ad Legg. p. 177., id quod recto iudicio perspexit Bernhardy Syntax. p. 336. Pergere Aristodemus poterat sic: καὶ ὧν ἔδοξε μοι μάλιστα ἀξιωμακρόντων ὁ λόγος; sed praemisso ἂ dixit potius ἀξιωμακρόντων. Unde repetenda est structurae periodi insolentia.

Πρῶτον μὲν γάρ] Laudat Phaedrus Amorem a generis antiquitate et multis ex veteri historia propositis exemplis probat divinam eius et prorsus singularem esse vim in animis hominum ad omnem virtutem

incitandis. Docet praeterea eos, qui Amori se prorsus dediderint, maximis praemiis a diis esse affectos et ornatos. De forma huius orationis v. ad c. IV. B.

ἔφη — λέγειν] narrabat dixisse. v. p. 172. B.

B. ἐν τοῖς πρεσβύτατον εἶναι] Solet ἐν τοῖς superlativis addi, ut Latina longe, multo, imprimis, praecipue, omnium; sed num tali ellipsi, quali vulgo volunt, res explicanda sit, id quidem non immerito dubitavit Fr. A. Wolfius ad Reizii librum de Inclinat. Accent. p. 21. Nam solet ἐν τοῖς etiam nominibus feminini generis cum superlativo iunctis praemitti. Itaque sic statuendum videtur: principio quidem ἐν τοῖς dictum esse elliptice, ut intelligeretur nomen

ναι τῶν θεῶν τίμιον, ἢ δ' ὅς, τεκμήριον δὲ τούτου· γονῆς γὰρ Ἔρωτος οὐτ' εἶδὼν οὐτε λέγονται ὑπ' οὐδενὸς οὐτε ιδιώτου οὐτε ποιητοῦ· ἀλλ' Ἡσίοδος πρῶτον μὲν χάος φησὶ γενέσθαι,

αὐτὰρ ἔπειτα
γαῖ' εὐρύτερονος, πάντων ἔδος ἀσφαλὲς αἰεὶ,
ἢ δ' Ἔρος.

elicuit τίμιον ὄνειδος, comparans illud καλὸν ὄνειδος, κάλλιστον ὄνειδος et similia, de quibus v. Muret. Varr. Lectt. VI. 18. Valcken. ad Phoeniss. v. 828. Wackefeld ad Soph. Phil. v. 476. Reising. Enarrat. Oedip. Col. p. CIX. Bastius vero istud ἢ δ' ὅς delendum censet. Et huic rationi nuper ipse Creuzerus accessit in Annal. Vindobb. l. c. p. 137 sq. ἢ δ' ὅς ortum putans e nota margini adscripta ΗΛΟΣ, i. e. Ἡσίοδος, qui statim allegetur. Habet tamen ἢ δ' ὅς aliquid defensionis ex eo, quod transitus fit ab obliqua oratione ad rectam, quodque nunc Phaedrus intelligitur, quum Apollodorus antea omnia retulerit ex mente Aristodemi. Neque offendet, quod formula in fine membri posita est; in qua re cur Bastius haeserit, equidem non video. Ad τίμιον intelligas εἶδὼν, ut Euthydem. p. 304. B. Legg. v. p. 726. A. Symp. 209. D. γονῆς γὰρ Ἔρωτος] Atticam formam servarunt Bodl. Coisl. Vat. A. t. Ambr. Flor. a. w. et a pr. m. Par. F. Vett. editt. γονῆς φησὶ γενέσθαι] Sic Coisl. Vat. A. Ven. E. Vind. 2. Par. DK. Ambr. Ang. w. Vat. p. r. Ven. t. Vett. editt. γενέσθαι φησὶ.

adiectivum vel participium cum superlativo copulatum, cui additum esset ἐν τοῖς, sed usu paulatim factum esse, ut ἐν τοῖς simpliciter adderetur ad augendam vim superlativorum, neque amplius de ellipsi cogitaretur. cf. Viger. p. 787. et infra p. 178. C.

τεκμήριον δὲ τούτου· γονῆς γὰρ Ἔρωτος] De hac structura v. interppt. ad Xenoph. Sympos. IV. 17. Matth. Gr. §. 630. f. Buttman. §. 138. IV. 6. Deinde ιδιώτης est scriptor prosae orationis; opponitur enim ποιητής, ut Phaedr. p. 288. D. Nam est hoc vocabulum in numero eorum, quae pro varia oppositionis ratione variam habent vim et significationem. v. Hemsterhus. ad Lucian. Nocyom. p. 484. Ruhnk. ad Longin. p. 410. ed.

Weisk. Ceterum Cupidinis nullos esse parentes multi sane docuerunt: quanquam fuerunt etiam imprimis post Platonis aetatem, qui eum love et Venere aut aliis etiam parentibus natum dicerent. v. Valcken. Diatrib. p. 160 sq. et qui doctissime de hac re disputavit, Astius ad calcem Phaedri et Symposii in linguam German. conversi p. 273 sq.

ἀλλ' Ἡσίοδος] Theogon. v. 117. sq. Plutarchus Amat. p. 756. E: Ἡσίοδος δὲ φρονιώτερον ἐμοὶ δοκεῖ ποιῆν Ἔρωτα πάντων πρεσβυτάτων, ἵνα πάντα δι' ἐκείνον μετάσχη γένεσθαι.

αὐτὰρ ἔπειτα —] Repentina transitio ab obliqua oratione ad ipsa Hesiodi verba, quae Phaedri ingenium non dedecet. Itaque nihil mutandum.

φησὶ μετὰ τὸ χάος δύο τούτω γενέσθαι, γῆν τε καὶ Ἔρωτα. Παρμενίδης δὲ τὴν Γένεσιν λέγει, πρῶτιστον μὲν Ἔρωτα θεῶν μητίσατο πάντων.

φησὶ μετὰ τὸ χάος — μητίσατο πάντων] Stobaeus Eclogg. Phys. I. p. 154., ubi totum hunc locum exscripsit, haec verba: φησὶ μετὰ τὸ χάος — πάντων, omisit. Et pro glossemate ea habuit Heynius in Commentatt. Acad. Paris. Inscript. T. I. p. 377., qui ea suspicatus est ex Aristotel. Metaphys. I. 4. huc translata esse. Ita etiam Astius et Voegelin. Praef. ad Symp. ed. Tur. min. p. 4 sqq. de quibus v. infra. Asyndeton in verbis φησὶ μετὰ τὸ χάος Wolfius scribendo φησὶ δὲ μ. τ. χ., Heindorfius post Ἔρωτα inserendo ὅς ἀμovere studuerunt. Hommelius coni.: ἀλλ' Ἠολόδος πρῶτον μὲν χάος φησὶ γενέσθαι αὐτὰρ

φησὶ μετὰ τὸ χάος — Ἔρωτα] Asyndeton ne mireris; sunt enim haec admonitionis gratia veluti διὰ μέσου addita.

φησὶ μετὰ τὸ χάος — πάντων] Haec verba Heynio aliisque suspecta visa esse in annotatione critica narravi. Quanquam iis eiectis non video, qui deinde dici possit οὕτω πολλαχόθεν ὁμολογείται. Quippe ridiculum et ineptum paene esset, solo Hesiodi et Acusilai testimonio allato, ita pergi: tam multorum confirmatur consensione quod dicimus, Cupidinem esse deum longe antiquissimum. Tolerabilior certe haec oratio est servata Parmenidis mentione: quam cur Stobaeus, ubi hunc Platonis locum exscripsit, omiserit, ratio reddi potest satis idonea. Accedit quod Agatho in ea, quam recitat, oratione cap. XVIII. Phaedri hanc sententiam refutans non solum Hesiodi, sed etiam Parmenidis inicit mentionem. Itaque ego in ea sum sententia, ut haec omnia servanda esse censeam. Mirum autem visum est, quod Parmenidis versiculus, quem habent etiam Sextus Empir. IX. 9. p. 550., ubi vid. Fabric., Stobaeus Eclogg. Phys. I. p. 274, ed. Heeren. et Plu-

tarchus Amat. p. 756. E., ita affertur, ut, ad quodam subiectum referendum sit verbum μητίσατο, primo certe aspectu in ambiguo relinquatur. Quod ego olim suspicatus sum, in verbis τὴν γένεσιν λέγει contineri subiecti significationem, id coniecit etiam Hermannus, qui teste Kochio meo Praefat. ad Additam. in Tim. Lex. p. XII sq. Γένεσιν, litera maiuscula initiali, scribendum censuit. Qua ratione probata omnia clara sunt et perspicua, quamquam γένεσιν non putamus necessario litera maiuscula scribendum esse, quod nec Karstenio De Parmen. Reliquiis p. 119 sq. nostram explicationem amplectanti visum est necessarium. Etenim quum vulgo Eros pro Ἀφροδίτης filio haberetur, Parmenides hanc sic interpretatus est, ut vim naturae generatricem intelligeret. A qua primum exisse statuit coeundi appetitum, quem intellexit Amorem. Ex hac vero observatione perspicitur etiam, cur Parmenidis versiculus a multis sine subiecti mentione afferatur. Etenim quum antea τῆς γενέσεως facta esset commemoratio, non animadversum est veteres Graecos uno eodemque vocabulo saepenumero ita

Ἡσιόδῳ δὲ καὶ Ἀκουσίλωσ ὁμολογεῖ. οὕτω πολλαχόθεν ὁμολογείται ὁ Ἔρωσ ἐν τοῖς προσβύτατος εἶναι. Προσβύτατος δὲ ὧν μεγίστων ἀγαθῶν ἡμῖν αἰτίος

ἔπειτα, φησὶ, γαῖ' — ἢ δ' Ἔρωσ. Ista autem: φησὶ μετὰ τὸ χάος — καὶ Ἔρωτα eiicienda censet. Sed additamentum certe a Phaedri ingenio non abhorret. Denique C. Fr. Herm. ipse Hesiodi verba: γαῖ' εὐρύστερος — ἢ δ' Ἔρωσ, pro subditiciis habet. Ceterum pro vulg. δύο e Bodl. Coisl. Vat. A. Vind. 2. Par. DFK. aliis multis restitutum δύο.

C. ἐν τοῖς προσβύτατος εἶναι] V. προσβύτατος, quod e Bodl. Vat. A. Vind. 2. Ang. w. Vat. 1. Ven. t. mutatum. Proxima, προσβύτατος δὲ ὧν, Bastius spuria censebat; sine causa idonea.

uti consuevisse, ut et rem sive notionem abstractam significaret, et deorum vim naturamque complecteretur; cuius generis exempla infra consignavi ad p. 196. D. De Parmenide etiam Aristot. Metaph. I. 4: καὶ γὰρ οὗτος (ὁ Παρμενίδης) καισακενῶζων τὴν τοῦ παντός γένεσιν, πρῶτιστον μὲν, φησὶν, Ἔρωτα θεῶν μητίσατο πάντων, quo loco item γένεσιν putamus ut apud Platonem dici. Pro γενέσει Plutarch. Amat. p. 756. F. vulgarem sequutus rationem posuit Ἀφροδίτην. Scripsit enim haec: διὸ Παρμενίδης μὲν ἀποφαίνει τὸν Ἔρωτα τῶν Ἀφροδίτης ἔργων προσβύτατον, ἐν τῇ κοσμογραφίᾳ γραφῶν πρῶτιστον μὲν Ἔρωτα κ. τ. λ., quem locum debemus Brandisio Commentat. Eleatt. p. 127. Hinc lucem accipit Simplic. ad Aristot. Phys. p. 9. Parmenidem narrans habuisse θεῶν αἰτίαν δαίμονα ἐν μέσῳ πάντων, ἢ πάντα κυβερνᾷ. Ne vero mireris γένεσιν de vi genitrice dictum, ita iam Homer. Iliad. § 201: Ἠλέανόν τε, θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα Τηθύην, quo versu Plato utitur etiam Theaet. p. 152. D. E. 160. D. 179. E. et Cratyl. p. 402. B. Hinc Hezychius; γένεσιν πατέρα ἢ μητέρα. Ceterum post τὴν Γένε-

σιν λέγει ne quis ὅτι excidisset putet, quod certe Platonis loquendi consuetudo requirere videatur, eandem orationis formam habes Phaedron p. 94. D: οὗ λέγει τὸν Ὀδυσσεῖα στήθεσ δὲ πλήξας κραδίην ἤταπε μύθῳ, ubi v. ann. Nimirum hic quoque τὴν γένεσιν λέγει idem est quod περὶ τῆς γενέσεως λέγει. — De Acusilao disputavit Sturzius ad calcem libri de Pherecydis Fragmentis p. 215 sq. Ad hunc locum facit Clemens Alex. VI. p. 629. A: τὰ Ἡσιόδου μετέλλαξαν εἰς πέζον λόγον καὶ ὡς ἴδια ἐξηγήσαν Ἐμμηλὸς τε καὶ Ἀκουσίλαος. Iactat igitur orator doctrinam suam.

C. οὕτω πολλαχόθεν ὁμ.] Pessime Hommelius; auf diese Weise wird von so vielen andern zugestanden etc. Nam ita scriptum esse oportebat: οὕτω πολλαχόθεν ἄλλοθεν ὁμ. Nunc orator testimoniorum allatorum vim rhetorice amplificans hoc dicit: adeo multis conceditur Amorem esse antiquissimum.

Προσβύτατος δὲ ὧν] Bastius Specim. crit. p. 15. quum participium causae indicium facere existimavisset, cur Amor etiam pro summorum auctore

ἔστιν. οὐ γὰρ ἔγωγ' ἔγω εἰπεῖν, ὃ τι μείζον ἔστιν ἀγαθὸν εὐθύς νέω ὄντι ἢ ἐραστῆς χρηστός καὶ ἐραστῆ παιδικά. ὃ γὰρ χρὴ ἀνθρώποις ἠγεῖσθαι πάντοσ τοῦ βίου τοῖς μέλλουσι καλῶς βιώσεσθαι, τοῦτο οὔτε ξυγγένεια οἷα τε ἐμποιεῖν οὕτω καλῶς οὔτε τιμαὶ οὔτε πλοῦτος οὔτ' ἄλλο οὐδὲν ὡς ἔρωσ. λέγω δὲ δὴ τί τοῦτο; τὴν ἐπὶ μὲν τοῖς αἰσχροῖς αἰσχύνην, ἐπὶ δὲ τοῖς καλοῖς φιλοτιμίαν. οὐ γὰρ ἔστιν ἀνευ τούτων οὔτε πόλιν οὔτε ιδιώτην μεγάλα καὶ καλὰ ἔργα ἐξεργάζεσθαι. γρημί τοίνυν ἐγὼ ἀνδρα ὅστις ἐρᾷ,

οὔτε ξυγγένεια] Wyttenb. Epist. crit. p. 9. legendum censuit οὔτε εὐγένειαν. Vat. A. habet συμφύσειαν.

οὔτω καλῶς] Par. K. Vat. p. οὔτε κάλλος. Unde Iacobsius in priore editione elegantissime coniecit: οὔτω, οὔτε κάλλος οὔτε τιμαὶ κ. τ. λ. Idem proposuerat Reynders, qui tamen οὔτω ante ἐμποιεῖν sine librorum consensu inferiri volebat. Nec tamen in tanta praestantissimorum codicum consensione quidquam loco movendum duxi, praesertim quum pulcritudinis mentio ideo non sit necessaria, quia additur οὔτ' ἄλλο οὐδὲν, imo etiam consulto omissa videatur, quia pulcritudo cum amore artissima sane con-

honorum habendus esset, legendum censuit: πρὸς δὲ τούτω τῶν μεγ. ἀγ. Sed recte iudicavit Astius esse hanc oratoriam quandam transitionem, quae argumentationis speciem prae se ferat more sophistarum studiose quaesitam.

καὶ ἐραστῆ παιδικά] sc. μέγα ἀγαθὸν ἔστιν. Addit enim haec non amplius habens rationem inchoatae constructionis. Qua orationis conversione offensus Hommelius corrigendum censet: ἢ ἐραστῆς χρηστός, καὶ ἐραστῆ, ἢ παιδικά, verbis εὐθύς νέω ὄντι post ὃ τι μείζον ἔστιν ἀγαθὸν transpositis. Quae profecto nimia est corrigendi audacia.

ὃ γὰρ χρὴ ἀνθρ. κ. τ. λ.] h. e. ὃ γὰρ χρὴ τοῖς ἀνθρώποις ὡσπερ ἠγεμόνα εἶναι πάντοσ τοῦ βίου.

τοῦτο οὔτε ξυγγένεια—] Intelligitur ξυγγένεια affinitas et

cognatio hominum nobilium et honoratorum, quorum cogitatione quis ab humili ac turpi sentiendi agendique ratione deterreri queat. Aperte contulit Astius de Rep. VI. p. 491. C; κάλλος καὶ πλοῦτος καὶ ἰσχὺς σώματος καὶ ξυγγένεια ἐξοφύμενη ἐν πόλει καὶ πάντα τὰ τούτων οὐκεία.

D. λέγω δὲ δὴ τί τοῦτο:] De interrogationibus mediae orationi sic saepe apud Platonem interpositis v. ad Apolog. Socrat. p. 40. B. et ad Criton. p. 46. C. Menon. p. 97. E: πρὸς τί οὐκ δὴ λέγω ταῦτα; πρὸς τὰς δόξας ἀληθεῖς κ. τ. λ. Gorg. p. 457. E: τοῦ δὴ ἕνεκα λέγω ταῦτα; ὅτι νῦν ἐμοὶ δοκεῖς κ. τ. λ. Plura dabit Heusdius Specim. crit. p. 87. Heindorf. ad Gorg. §. 18. ad Phaedr. p. 250. D. Ast. ad Legg. p. 29. Explicanda autem haec sunt hoc

εἰ τι αἰσχρὸν ποιῶν κατάδηλος γίγνοιτο ἢ πάσχων ὑπὸ του, δι' ἀνανδρίαν μὴ ἀμυνομένος, οὔτ' ἀν ὑπὸ πατρός ὀφθέντα οὕτως ἀλγήσαι οὔτε ὑπὸ ἐταίρων οὔτε ὑπ' ἄλλου οὐδενός, ὡς ὑπὸ παιδικῶν. ταῦτον δὲ τοῦτο καὶ τὸν ἐρώμενον ὀρώμεν ὅτι διαφερόντως τοὺς ἐραστὰς αἰσχύνεται, ὅταν ὀφθῆ ἢ ἐν αἰσχροῦ τινι ὦν. εἰ οὖν μηχανή τις γένοιτο, ὥστε πόλιν γενέσθαι ἢ στρατόπεδον ἐραστῶν τε καὶ παιδικῶν, οὐκ ἔστιν ὅπως ἀν ἀμεινον οἰκήσειαν τὴν ἐαυτῶν ἢ ἀπεχόμενοι πάντων τῶν αἰσchrῶν καὶ φιλοτι-

tinetur cognatione, ut huic recte honores et opes opponantur, minus eleganter pulcritudo e regione collocetur.

D. λέγω δὲ δὴ τί τοῦτο] δὲ om. Par. DFK. Vat. p. Bastius malebat δὴ τι τοῦτο, ut est in Vind. 1. 2. 7. Par. K.; non opus mutatione.

ἔργα ἐξεργάζεσθαι] ἐργάζεσθαι Par. DK. Vat. p. et Creuz.

E. ὡς ὑπὸ παιδικῶν] Pro ὡς Par. DK. Vat. p. ἦ.

καὶ φιλοτιμούμενοι πρὸς ἄλλ.] Astius coni. καὶ ἐπὶ τοῖς καλοῖς φιλοτ., uti in superioribus scriptum ἐπὶ τοῖς καλοῖς φιλοτιμύων. Nec tamen hic opus est isto additamento.

modo: τί δὲ δὴ τοῦτο ἔστιν, ὃ λέγω;

πάσχων ὑπὸ του — μὴ ἀμυνομένος] Nam viri fortis esse putabatur iniuriam acceptam ulcisci et punire, v. ad Criton. p. 49. C. huius edit. annotata.

E. ταῦτόν δὲ τοῦτο καὶ τ.] In his ταῦτόν τοῦτο absolute positum est. cf. Phileb. p. 37. D: μῶν οὐκ ὀφθῆν μὲν δόξαν ἐροῦμεν, ἀν ὀφθῆντα ἰσχυρὰ, ταῦτόν δὲ ἡδονήν; ubi ταῦτόν δὲ absolute accipiendum, pariterque voluptatem. Cratyl. p. 404. E: ταῦτόν δὲ καὶ περὶ τῶν Ἀπόλλων. Protagor. p. 344. D: καὶ γεωργὸν χαλεπὴ ὥρα ἐπιελθοῦσα ἀμήχανον ἀν θεῶν καὶ λατρῶν ταῦτὰ ταῦτα. Menon. p. 90. D: οὐκοῦν καὶ περὶ ἀλήθειας καὶ τῶν ἄλλων ταῦτὰ ταῦτα πολλὴ ἀνοία ἔστιν, βουλομένους κ. τ. κ. Politic. p. 308. E. De Rep. X. p. 605. B. VII. p. 535.

D., ubi v. ann., Demosth. Midian. p. 526. extr. ed. Reisk. ἐπειθ' ὃ πληγῆς ἐκείνος ὑπὸ τοῦ Πολύζηλον ταῦτό τοῦτο ἰδίᾳ διαλυσάμενος — οὐδ' εἰσῆγαγε τὸν Πολύζηλον. Loquendi genus cum alibi, tum hoc loco viros doctos fefellit. Ἐν αἰσχροῦ τινι εἶναι est in re turpi versari.

οἰκήσειαν τὴν ἐαυτῶν] Intell. πόλιν. Quanquam etiam voc. στρατόπεδον cogitatione iterandum est. Ceterum cave οὐκείν cum οὐκείν confundas, quod nupero huius libri interpreti accidisse video, aut ἀμεινον cum Hommelio delendum putes. Nam pro eo, quod sic poterat dici: optime eorum administrabitur civitas, sic potius loquitur: non erit quia ratione melius suam gerant rempublicam quam turpibus rebus omnibus abstinentes etc. repetita su-

179 μούμενοι πρὸς ἀλλήλους. καὶ μαχόμενοι γ' ἂν μετ' ἀλλήλων οἱ τοιοῦτοι νικῶν ἂν ὀλίγοι ὄντες, ὡς ἔπος εἰπεῖν, πάντας ἀνθρώπους. ἐρῶν γὰρ ἀνὴρ ὑπὸ παιδικῶν ὀφθῆναι ἢ λιπῶν τάξιν ἢ ὄπλα ἀποβαλῶν ἥττον ἂν δήπου δέξαιτο ἢ ὑπὸ πάντων τῶν ἄλλων, καὶ πρὸ τούτου τεθνᾶναι ἂν πολλάκις ἔλοιτο. καὶ μὴν ἐγκαταλιπεῖν γε τὰ παιδικὰ ἢ μὴ βοηθῆσαι κιν-

P. 179. μετ' ἀλλήλων οἱ τοιοῦτοι] Hunc ordinem et optimi et plurimi libri servarunt. Vett. editi. οἱ τοιοῦτοι μετ' ἀλλήλων.

καὶ πρὸ τούτου — ἔλοιτο] Multiplici ratione haec verba a viris doctis sollicitata sunt. Astius, quoniam ea quorsum referantur non habeant, aliquid addendum censuit. Alii ea cum sequentibus connecti voluerunt. Heusdius teste Ekkerō in Specim. inaug. in Protagorae apud Platonem fabulam de Prometheo p. 113. et Init. philos. Plat. T. I. p. 109 sq. priore καὶ abiecto locum hunc in modum refigendum statuit: ἐρῶν γὰρ ἀνὴρ ὑπὸ παι-

periore sententiā; quod post comparativum et ἢ ita fieri solere docebunt annot. ad Gorg. p. 500. C. coll. Matthiae Gr. p. 846. Itaque nec Rückerti probamur sententiā ἢ delendum putantis.

P. 179. ὀλίγοι ὄντες, ὡς ἔπος εἰπεῖν, πάντας ἀνθρ.] h. e. propemodum omnes homines. Nam ὡς ἔπος εἰπεῖν, quod Hommelius perperam ad ὀλίγους refert, arcte connectendum cum πάντας ἀνθρώπους. Usus formulae ad Remp. I. p. 341. B. Phaed. 78. E. Gorg. p. 450. B. al. attigimus. De oratoria verborum oppositione cf. Menexen. p. 241. A: κατὰ γῆν οἷός τε ἀμύνεσθαι τοὺς βαρβάρους ὀλίγοι πολλούς, ut alia taceamus. Ceterum scriptor in mente habere potuit ἐρῶν λόγον Thebanorum, de quo v. Perizon. ad Aelian. V. Hist. III. 9. et Davis. ad Maxim. Tyr. XXIV. 2. p. 587., si scriptum est Symposium Olymp. CII.

ἢ λιπῶν τάξιν ἢ ὄπλα ἀποβαλῶν] Nam λειποταξία

turpissima habebatur. Lex Attica, cuius meminit Lysias Or. κατὰ Πλάτωνος δοκιμασίας. T. V. p. 887. ed. Reisk. et Demosthen. adv. Neaer. T. II. p. 1353. „τὸν λιποταξίαν τὴν τάξιν ἀπέχεσθαι ἀγορᾶς μήτε στεφανοῦσθαι μήτε ἐκέναι εἰς τὰ ἐργὰ τὰ δημοτελῆ.“ Nec minor erat infamia eorum, qui arma turpiter abiecerant: de qua re fuse disputavit Klotz. ad Tyr. 1. 10. 27. cf. de Republ. V. p. 468 B. Legg. XII p. 945. Aristot. de morib. V. 3. — καὶ πρὸ τούτου, sc. πρὸ τοῦ ὀφθῆναι ὑπὸ παιδικῶν. De formula loquendi τεθνᾶναι πολλάκις v. ad Apolog. Socr. c. XVII. p. 30. C.

καὶ μὴν ἐγκαταλιπεῖν γε — κινδυνεύοντι] Verissime Astius ad Translat. German. p. 279. „Der Text ist unverderbt; καὶ μὴν — γε ist, wie weiter unten p. 202. B. ja auch, d. h. in diesem Zusammenhang, volleys, und die abgebrochene Rede, die mit einem allgemeinen Satze

κινδυνεύοντι οὐδὲς οὕτω κακός, ὅντινα οὐκ ἂν αὐτὸς ὁ Ἔρως ἐνθεον ποιήσῃε πρὸς ἀρετὴν, ὡς θ' ὅμοιον εἶναι τῷ ἀρίστῳ φύσει. καὶ ἀτεχνῶς, ὃ ἔφη Ὀμηρος, μένος ἐμπνεῦσαι ἐνίοις τῶν ἡρώων τὸν θεόν, τοῦτο ὁ Ἔρως τοῖς ἐρῶσι παρέχει γιγνόμενον παρ' αὐτοῦ.

Cap. VII. Καὶ μὴν ὑπεραποθνήσκειν γε μόνοι

δικῶν ὀφθῆναι ἢ λιπῶν τάξιν ἢ ὄπλα ἀποβαλῶν ἥττον ἂν δήπου δέξαιτο ἢ ὑπὸ πάντων τῶν ἄλλων· καὶ μὴν ἐγκαταλιπεῖν γε τὰ παιδικὰ ἢ μὴ βοηθῆσαι κινδυνεύοντι, πρὸ τούτου τεθνᾶναι ἂν πολλάκις ἔλοιτο. Verum librorum scripturam sanissimam esse et prorsus incorruptam nobis plane persuasum est. Ceterum Vat. n. κινδυνεύουσι.

B. τοῦτο ὁ Ἔρως τοῖς ἐρῶσι] τοῦτο δὲ Ἔρως Ald. Bas. 1. et Flor. n. Frustra Orellius ad Isocrat. de antidos. p. 325. inserendum censuit πᾶσι.

endet (οὐδὲς οὕτω κακός κ. τ. λ.), charakterisirt treffend den Phaedros als leidenschaftlichen Erotiker, den der Gedanke, dass der Liebhaber den Geliebten verlassen und ihm in der Gefahr nicht beistehen sollte, empört und fast ausser sich setzt.“ Minus recte Wolfius ad ἐγκαταλιπεῖν τὰ παιδικὰ e superioribus intelligendum censebat ἔλοιτ' ἂν. Nempe orator dicturus erat fere: οὐδὲς οὕτω κακός, ὅστις οὐκ ἂν ἀλοχιστον νομίζῃ. Sed dicendi fervore abreptus alia infert deinceps. — κινδυνεύοντι, sc. amasio. Nam τὰ παιδικὰ etiam hoc loco de uno amasio intelligendum est, unde recte subiicitur numerus singularis. Plura de hac re dixi ad Phaedrum p. 240. A.

ὄντινα οὐκ ἂν αὐτὸς ὁ Ἔρως] Languere olim visum est istud αὐτὸς et mutandum in οὕτως, hoc sensu: Nemo adeo malus est, quem Amor non possit tanto incendere virtutis studio,

ut vel optimo nihil cedat. Iacobsius tamen censet vi sua non carere αὐτὸς, si opposita existimes praecepta virtutis, leges, educationem et quae praeterea ad virtutem adducere possint. Aliter Rückertus vulgatum defendit, explicans: ipse Amor, i. e. hoc ipsum, quod amat, etiamsi sit alioquin ignavus. Cui Hommelius quoque assensus est. Fateor neutram explicationem mihi omni ex parte satisfacere. Ego enim locum sic intelligo: ipse Amor per se solus, sine illo pudoris et emulationis sensu, antea memorato.

B. μένος ἐμπνεῦσαι] „Ut Iliad. X. v. 482: τῷ δ' (Dionomedi) ἐμπνεῖσεν μένος γλαυκῶπις Ἀθήνη. et XV. 262: ὡς εἰπῶν (Apollo) ἐμπνεῖσεν μένος μέγα ποιμένι λαῶν (Hectori).“ Fischerus. Ceterum Orellius ad Isocrat. περὶ ἀντιδ. p. 325. propterea quod ἐνίοις praececidit, scribendum putabat τοῖς ἐρῶσι πᾶσι παρέχει. Sed quum τοῖς ἐρῶσι cum vi et gravitate

ἐθέλουσιν οἱ ἐρωῶντες, οὐ μόνον ὅτι ἄνδρες, ἀλλὰ καὶ αἱ γυναῖκες. τούτου δὲ καὶ ἡ Πελίου θυγάτηρ Ἀλκίηστος ἱκανὴν μαρτυρίαν παρέχεται (ὑπὲρ τοῦδε τοῦ λόγου) εἰς τοὺς Ἕλληνας, ἐθέλησασα μόνη ὑπὲρ τοῦ αὐτῆς ἀνδρὸς ἀποθανεῖν, ὄντων αὐτῷ πατρός τε καὶ μητρός· οὗς ἐκείνη τοσοῦτον ὑπερέβαλετο τῇ φιλικῇ διὰ τὸν ἔρωτα, ὥστε ἀποδειξάι αὐτοὺς ἄλλοτρι-

οὐ μόνον ὅτι ἄνδρες, ἀλλὰ καὶ αἱ γυναῖκες] Articulus aī vulgo desideratum e Bodl. Vat. A. Ven. Z. Vind. 2. 7. Par. DK. Aug. w. Vat. p. cum Bekkero restitimus. Stephanus scribendum suspicabatur: οὐ μόνον οἱ ἄνδρες. Sed et οὐ μόνον ὅτι recte se habet, et articulus hic non incommode omittitur; ante γυναῖκες autem idem infertur propter oppositionis vim et gravitatem.

ὑπὲρ τοῦδε τοῦ λόγου] Haec verba tanquam glossema deleri voluerunt Wolfius et Astius, sed Winckelm. Praef. ad Plat. Diall. Spurius p. XI. ed. min. ὑπὲρ τοῦδε extermiari iubet. Et iam Stephanus istud ὑπὲρ τοῦδε expungendum, τοῦ λόγου autem post τοῦτου δὲ ponendum censuerat. Wyttenbach. ad Sel. Princip. Hist. p. 360. corr. παρέχεται τοῦ λόγου, i. e. τοῦ λελεγμένου. Heindorf. ad Protagor. p. 471. interpretatur: ut huic

opponatur isti ἐνίοις τῶν ἡρώων, non opus esse putamus, ut πασι addatur.

οὐ μόνον ὅτι ἄνδρες —] De οὐχ ὅτι, i. e. οὐ λέγω ὅτι, v. Schaef. ad Lambert. Bos. Ellips. p. 775 sq. Matthiae §. 624. 3. c. Neque offendit μόνον in hac formula. Nam sententia haec est: οὐ λέγω μόνον ὅτι ἄνδρες (sc. τοῦτο ποιοῦσιν), ἀλλὰ καὶ αἱ γυναῖκες. Xenoph. Mem. II. 9, 8: οὐχ ὅτι μόνος ὁ Κρίτων ἐν ἡουχίῃ ἦν, ἀλλὰ καὶ οἱ φίλοι αὐτοῦ. Alium locum comparavit Astius: Aristotel. Polit. VII. 11. p. 292. ed. Schneid. οὐχ ὅτι τεύχη μόνον περιβλητέον, ἀλλὰ καὶ τούτων ἐπιμελητέον, ὅπως κ. τ. λ.

τούτου δὲ — ὑπὲρ τοῦδε τοῦ λόγου] τούτου referendum ad proxime praegressa, ἀλλὰ καὶ γυναῖκας ἐθ. ὑπερβαλ. Sed ὑπὲρ τοῦδε τοῦ λόγου pertinet

ad omnem sententiam de amantibus expositam. Itaque Germanice dicas: Hiervon giebt des Pelias Tochter ein Zeugniß zu Gunsten meiner Behauptung.

Ἀλκίηστος ἱκανὴν μ.] Seneca ad Helv. c. 17: nobilitatur carminibus omnium, quae se pro coniuge vicariam dedit. Res satis nota ex mythographis. Deinde verba εἰς τοὺς Ἕλληνας, quae vulgo perperam ad sequentia trahuntur, retulimus ad μαρτυρίαν παρέχεται. Neque vero εἰς pro ἐν dictum putari debet, sed proprie significat transitionem ad aliquem atque valet ad Graecos, coram Graecis. Menex. p. 239. A: πολλὰ δὲ καὶ καλὰ ἔργα ἀπερήγητο εἰς πάντας ἀνθρώπους. Protagor. p. 312. A: οὐ δὲ — οὐκ ἂν αἰσχύνοιο εἰς τοὺς Ἕλληνας αὐτὸν σοφιστὴν παρέχων; ubi Heindorfius apte hunc locum compa-

ους ὄντας τῷ νείει καὶ ὀνόματι μόνον προσήκοντας. καὶ τοῦτ' ἐργασαμένη τὸ ἔργον οὕτω καλὸν ἔδοξεν ἐργάσασθαι οὐ μόνον ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ θεοῖς, ὥστε πολλῶν πολλὰ καὶ καλὰ ἐργασαμένων εὐαριθμητοῖς δὴ τισιν ἔδοσαν τοῦτο γέρας οἱ θεοί, ἐξ Αἴδου ἀνεῖναι πάλιν τὴν ψυχὴν, ἀλλὰ τὴν ἐκείνης ἀνεῖσαν ἀγασθέντες τῷ ἔργῳ· οὕτω καὶ θεοὶ τὴν περὶ τὸν D

dicto fidem faciam. Bastius Spec. Crit. p. 106. verba ὑπὲρ τοῦδε τοῦ λόγου post εἰς τοὺς Ἕλληνας collocanda censet, ut ὑπὲρ sit ἔνκα. Sed sinceram esse librorum scripturam docebit interpretatio nostra.

C. καλὰ ἐργασαμένων] V. ἐργασμένων, quod praeter Par. E. etiam Vat. A. tuetur.

ἔδοσαν τοῦτο γέρας] τοῦτο τὸ γέρας Par. DK. Vind. 7., sed v. ann.

ἀλλὰ τὴν ἐκείνης ἀν.] Sic Bodl. Coisl. Vat. A. Par. DE FK. Ambr. Aug. w. Vat. n. p. r. Ven. t. Vind. 1. 2. 7. Flor. a. b. c. i. Legebatur olim ἀλλὰ καὶ τὴν ἐκ.

ἀγασθέντες τῷ ἔργῳ] τὸ ἔργον Par. DK. Vat. p. Vind. 7. Darmst., v. ann.

ravit. Ibid. p. 349. A: εἰς πάντας τοὺς Ἕλληνας (σαυτὸν) σοφιστὴν ἐπονομάσας. Legg. p. 951. C. Gorg. p. 526. B: ἑλλόγημος γέγονε καὶ εἰς τοὺς ἄλλους Ἕλληνας Ἀριστοτέλης. Menexen. p. 239. A. Tim. p. 25. B. Eurip. Orest. 21: ἐπίσημον εἰς Ἕλληνας. — ἐθέλησασα μόνη. Eurip. Alcest. v. 15: πάντας δ' ἐλέγξας καὶ διεξελθὼν φίλους, πατέρα γεραίον θ' ἢ σφ' εἰκτετε μητέρα, οὐχ εὐρε πλὴν γυναικός, ἣτις ἤθελε θανεῖν πρὸ κελύου.

C. ὥστε ἀποδειξάι αὐτοὺς ἄλλοτριους] ut ostenderet illos a filio esse alienos et nomine tantum cognatos, h. e. efficeret, ut illi viderentur tantum esse cognati, facta comparatione eius amoris, quem ipsa illi probavisset, et cognatorum, qui uoluissent pro eo mori. Phaedon. p. 72. C: τελευταῖα

λήρον τὸν Ἐνδυμώνα ἀποδείξεε καὶ οὐδαμῶς ἀν γαίνοντο, ubi v. Wyttenbach. et quae ipsi nuper adiecit.

εὐαριθμητοῖς δὴ τισιν ἔδοσαν] facile numerabilibus, h. e. perpaucis. Apolog. Socrat. p. 40. E: τὸν μέγαν βασιλέα εὐαριθμητοῦς ἀν εὐρεῖν, ubi v. annot. De isto δὴ τισιν v. Politic. p. 306. B: ὡς ἔστον κατὰ δὴ τινὰ τρόπον— ἔχοντε. Legg. I. p. 630. B: ἐκτός δὴ τινῶν. De Republ. VI. p. 493. A. VII. p. 521. C. Phaedon. p. 103. C, ubi v. annot. Plura dabit Boissonad. ad Philostr. Her. p. 299. Hartung De Part. Graecis. T. I. p. 278. Deinde τοῦτο est subiectum, γέρας praedicatum, ut non necessarium sit scribere cum Wolfio τοῦτο τὸ γέρας, v. ad Apolog. Socr. p. 18. A. et p. 24. B. Pergere autem sic debebat orator: τὴν δ' ἐκείνης ἀνεῖσαν ἀγασθέντες τῷ ἔργῳ.

ἔρωτα σπουδὴν τε καὶ ἀρετὴν μάλιστα τιμῶσιν. Ὀρφέα δὲ τὸν Οἰάγρου ἀτελῆ ἀπέπεμψαν ἐξ Ἰδίου, φάσμα δειξάντες τῆς γυναικὸς ἐφ' ἣν ἦκεν, αὐτὴν δὲ οὐ δόντες, ὅτι μαλθακίζεσθαι ἐδόκει αἰτεῖν ὡν κισσῶν οὐ δόντες, καὶ οὐ τολμᾶν ἕνεκα τοῦ ἔρωτος ἀποθνήσκειν, ὡς περ' Ἀλκίσις, ἀλλὰ διαμνηχανᾶσθαι ζῶν εἰσιέναι εἰς Ἰδίου. τοιγάρτοι διὰ ταῦτα δίκην αὐτῷ ἐπέθε-

D. φάσμα δειξάντες] φάντασμα Coisl. Par. EF. Ambr. Ang. u. Vat. n. r. s. Ven. t. Vind. 1. Flor. a. b. c. i. Darmst., quod ex interpretatione fluxit.

ἐφ' ἣν ἦκεν] Vett. edit. ἐφ' ἣν ἐκὼν ἦκεν. Sed ἐκὼν et languet mirifice et codicum plurimorum optimorumque auctoritate destitutum est.

ἀλλὰ διαμνηχανᾶσθαι] διαμνηχανάσασθαι Par. DK. Ambr. Ang. p. 1. Dein ζῶν ἵνα Coisl. Ambr. Vat. n. r. Ang. u. Darmst.

Sed gravior beneficii et honoris magnitudinem significaturus dicit ἀλλὰ τ. κ. Nimirum pondus huic sententiae addunt verba ἀγασθέντες τῷ ἔργῳ, ut tota verborum comprehensio possit explicari sic: Hoc facinus eius diis adeo probatum est, ut quum non nisi paucis quibusdam ex inferis redire concesserint, huic non solum tribuerint hoc beneficium, sed cum admiratione tantae animi magnitudinis concesserint. Fallitur enim Hommel. ἀνέναι legendum ratus; quae certe coniectura abstinuisset, si ordinem et collocationem verborum ἀγασθέντες τῷ ἔργῳ considerasset paullo diligentius. Ceterum Ruhnken. ad Tim. p. 9. verissime observavit hunc unum esse Platonis locum, in quo ἀγασθαι cum dativo casu constructum legatur. Nihil tamen mutandum, v. Xenoph. Cyrop. II. 4, 9. VI. 4, 9. al. coll. Pierson. ad Moer. p. 1 sq. Matth. Gr. §. 390. Bernhardy Synt. 104.

D. Ὀρφέα δὲ τ. Οἰάγρ.]

Etiam in hac narratione de Orpheo quaedam insunt a vulgari fabula discrepantia, quae Phaedrus aut ipse pro consilii sui ratione immutavit aut repetit ab iis, qui rem ita memoriae tradiderant, ut facile omnia possent accommodari praesenti disputationi. — ἀτελῆ, i. e. re infecta, ἀπρακτικόν, οὐδὲν διαπραξάντα.

ἀλλὰ διαμνηχανᾶσθαι ζῶν εἰσιέναι] sed omnibus machinis adhibitis perficere conatus esse, ut vivus in Orcum ingrederetur. Mira Rückerti ad h. l. annotatio est ita scribentis: „Non videbatur hoc facere, sed fecit Orpheus; ut parum recte hoc expressum sit.“ Enimvero nihil offensionis habet δοκεῖν, quo iudicium et sententia de rebus vel hominibus non raro denotatur, ut Phaed. p. 113. D. 114. B. al. Mirabiliora etiam Hommelius de verbo εἰσιέναι annotavit, pro quo proprie ait descendendi verbum κατεῖναι desiderari. Quasi vero non de ingressu in Orci regnum, sed de descensu Orphei agatur.

σαν, καὶ ἐποίησαν τὸν θάνατον αὐτοῦ ὑπὸ γυναικῶν γενέσθαι, οὐχ ὡς περ' Ἀχιλλεῖα τὸν τῆς Θέτιδος υἱὸν ἐτίμησαν καὶ εἰς μακάρων νήσους ἀπέπεμψαν, ὅτι πεπυσμένος παρὰ τῆς μητρὸς, ὡς ἀποθανοῖτο ἀποκτείνας Ἔκτορα, μὴ ἀποκτείνας δὲ τοῦτον οἰκαδ' ἔλθῶν γηραιὸς τελευτήσοι, ἐτόλμησεν ἐλέσθαι βοηθήσας τῷ ἔραστῇ Πατρόκλῳ καὶ τιμωρήσας οὐ μόνον 180

Alii pauci ζῶν ἵνα.

E. ὡς ἀποθανοῖτο] Codd. vel ἀποθάνοιτο vel ἀποθάνοι. Pauci iique deteriores ἀποθανοῖτο, quod unice verum.

μὴ ἀποκτείνας δὲ τοῦτον] Sic Vat. A. Ven. E. Vind. 2. Par. DK. Angel. w. Vat. p. cum. Bas. 2. Vulgo μὴ ποιήσας δὲ τοῦτο. Recepta lectio propter vim oppositionis magis est oratoria ideoque Phaedri ingenio melius accommodata. Dein Vat. A. Ven. E. Par. D. οἰκαδὲ δ' ἔλθῶν.

E. οὐχ ὡς περ' Ἀχιλλεῖα —] Notabis breviloquentiam pro ἀλλ' οὐκ ἐτίμησαν αὐτὸν ὡς περ' Ἀχιλλεῖα, ὅν καὶ εἰς μακάρων νήσους ἀπέπεμψαν, ὅτι κ. τ. λ. Graecae dictionis vim et elegantiam ex his locis percipient tirones. Infra p. 189. C: ἐμοὶ δοκοῦσιν ἀνθρώποι — θνήσκειν ἄν ποιῶν μέγιστος, οὐχ ὡς περ' ἄν τούτων οὐδὲν γίγνεται περὶ αὐτόν. Gorg. p. 522. A: τοὺς νεωπάτους ὑμῶν διαφθείρει τέμνων τε καὶ κῶν — οὐχ ὡς περ' ἐγὼ πολλὰ καὶ ἰδέα καὶ παντοδαπὰ εὐλόγων ἡμᾶς, ubi v. Heindorf. Protagor. p. 341. A: ἀπειρος εἶναι φαίνει, οὐχ ὡς περ' ἐγὼ ἔμπειρος διὰ τὸ μαθητὴς εἶναι κ. τ. λ., ubi interpres doctissimus comparavit Aristoph. Equitt. v. 784: οὐ φρονιζέει ἀκλήρως σε καθήμενον οὕτως, οὐχ ὡς περ' ἐγὼ θρασυμένος σοι τούτῳ φέρω. Intelligitur ex his, opinor, satis perspicue haec omnia οὐχ ὡς περ' — ἀπέπεμψαν uno tenore esse legenda neque interpunctione separanda, ut factum est in edit. veteribus. — Achillem in insulis beatorum collocarunt multi, v. quos ad h. l. laudavit Astius. Et quis

non meminit Scollii illius in Harmodium et Aristogitonem: φιλίαθ' Ἀρμόδι', οὐ τί ποιν ἐθνήσκεις, Νήσοις ἐν μακάρων σέ φασιν εἶναι, Ἴνα περ' ποδώκης Ἀχιλλεὺς Τυδείδῃ τέ φασιν Ἰομυηδαί, v. 11 gen. Scol. p. 47. De insulis beatorum v. Gorg. p. 523. A. Menexen. p. 235. D. Gataker. ad Antonin. X, §. 8. p. 295.

ὅτι πεπυσμένος παρὰ τ. μ.] Vide Iliad. σ. v. 94 sqq. ὁ. 410 sqq. et Apolog. Socrat. p. 28. C: μὴ ἀποκτείνας δὲ τοῦτον — τελευτήσοι. conf. Heyne Obs. T. VII. p. 426 sqq. Oratoriam hanc esse locorum Homericorum interpretationem, qui ipsum Homerum inspexerint, facile intelligent. Nam apud Homerum Iliad. XVIII. 94. Thetis hoc tantum vaticinatur, futurum esse, ut Achilles paullo post Hectorem moriatur; et Iliad. IX. 414 sqq. Achilles ipse ait se ad grandem perventurum senectutem, si bello relicto domum revertatur. Eodem modo Homerum interpretatus est Aeschines c. Timarch. c. 59. ed. Bremi.

ὑπεραποθανεῖν, ἀλλὰ καὶ ἐπαποθανεῖν τετελευτηκότι. ὄθεν δὴ καὶ ὑπεραγασθέντες οἱ θεοὶ διαφερόντως αὐτὸν ἐτίμησαν, ὅτι τὸν ἐραστὴν οὕτω περὶ πολλοῦ ἐποιεῖτο. Διοχύλος δὲ φλυαρεῖ φάσκων Ἀχιλλεῖα Πατρόκλου ἐρᾶν, ὃς ἦν καλλιῶν οὐ μόνον Πατρόκλου, ἀλλὰ καὶ τῶν ἠρώων ἀπάντων, καὶ ἐτι ἀγένειος, ἔπειτα νεώτερος πολὺ, ὡς φησὶν Ὀμηρος. ἀλλὰ γὰρ τῶ ὄντι μάλιστα μὲν ταύτην τὴν ἀρετὴν οἱ θεοὶ τιμᾶσι τὴν περὶ τὸν ἔρωτα, μᾶλλον μέντοι θαυμάζουσι καὶ ἄγανται καὶ εὖ ποιοῦσιν, ὅταν ὁ ἐρώμενος τὸν ἐραστὴν ἀγαπᾷ ἢ ὅταν ὁ ἐραστής τὰ παιδικά.

P. 180. ἀλλὰ καὶ τῶν ἠρώων ἀπάντων] V. ἀλλ' ἔρα καὶ τ., quod e Bodl. Vat. A. Ven. E. Vind. 2. Par. DK. Ang. w. Vat. p. mutatum. Cod. Darmst. Creuz., cuius excerpta hic desunt. πολὺ post νεώτερος om.

B. Οὕτω δὲ ἔρωγε φ.] Sic codd. fere omnes praeter Par. EF. Ang. u. Vat. s. Legebatur οὕτω δὲ καὶ ἔρωγε φ.

P. 180. Διοχύλος δὲ φλυαρεῖ — ὡς φησὶν Ὀμηρος] Haec verba, de quibus etiam Politian. Obs. I. 45. et Buhle ad Arist. Rhetor. 913. disputarunt, Valckenar. ad Eurip. Fragm. p. 13. et ad Callimach. Fragm. p. 218. ab aliena manu interposita iudicavit, eique assentiuntur Wolfius et alii. Sed recte eorum patrocinium susceperunt Bastius Specim. Crit. p. 108. Heynius ad Hom. II. XI. v. 786. Astius ad h. l. Boeckh. De similitudine etc. p. 17. et nuper etiam Schleiermacherus, qui olim ea condemnauerat. Quum enim Phaedrus Homeri maxime esset studiosus, id quod ex dialogo eius nomine inscripto novimus; egregie eum Plato facit ita disputantem, ut patrem poeseos, qui Patroclum natu maiorem finxit (Iliad. XI. 787.) ideoque eum pro Achillis amatore habuisse videri potuit, magnis laudibus ornet, Aeschylum autem ceterosque poetas tragicos, qui

Achillem fecerant amatorem Patrocli, vehementer reprehendat. Quum autem illa, de quibus poetae tragici celebrassent, sententia in populo illis temporibus regnare coepisset, necessarium hoc additamentum Phaedro videri debuit, quo insolitam de Patroclo Achillis amatore sententiam audientibus comprobaret. Accedit quod, his verbis omissis, deinde non ἀλλὰ γὰρ, sed καὶ γὰρ dici debuit. Ceterum de amore Achillis et Patrocli laudant Fabricium ad Sext. Empir. Pyrrhon. Hypot. III. 24. et intpp. ad Lucian. Erot. §. 54. ac de Achillis formositate Iliad. II. 673. Dorvill. ad Chariton. p. 15.

B. τῆς Ἀλκίσιδος μᾶλλον] Nam Alcestis propter amorem, quo in maritum flagrabat, mortem ultro subiit: Achilles autem propter amorem, quo Patroclus eum amplectebatur — erat eum ὁ ἐρώμενος, s. amasius Patrocli ex Phaedri sententia — morti se obtulit.

θειότερον γὰρ ἐραστής παιδικῶν· ἐνθεός γάρ ἐστι. διὰ ταῦτα καὶ τὸν Ἀχιλλεῖα τῆς Ἀλκίσιδος μᾶλλον ἐτίμησαν εἰς μακάρων νήσους ἀποπέμψαντες. Οὕτω δὲ ἔρωγε φημι Ἐρωτα θεῶν καὶ προσβύτατον καὶ τιμιώτατον καὶ κυριώτατον εἶναι εἰς ἀρετῆς καὶ εὐδαιμονίας κτῆσιν ἀνθρώποις καὶ ζῶσι καὶ τελευτήσασιν.

Cap. VIII. Φαῖδρον μὲν τοιοῦτόν τινα λόγον ἔφη εἰπεῖν, μετὰ δὲ Φαῖδρον ἄλλους τινὰς εἶναι, ὧν οὐ πάνυ διεμνημόνευεν· οὓς παρὲς τὸν Πανσανίου λόγον διηγείτο. εἰπεῖν δ' αὐτὸν, ὅτι Οὐ καλῶς μοι

καὶ προσβύτατον] Hic καὶ addunt Bodl. Vat. A. Ven. E. Vind. 1. 2. 7. Par. DK. Ang. w. Vat. p. Deinde καὶ κυριώτερον cum Ald. et Bas. 1. habent Coisl. Par. EF. Ang. u. Vat. n. s. Ven. t. Flor. a. b. c. i. n.

καὶ τελευτήσασιν] τετελευτήσασιν Vat. A. Ang. w.

Locum recte interpretantur Schneiderus ad Xenophon. Symp. p. 215. et Astius; iniuria sollicitarunt Wolfius, Bastius, Schützius.

τὸν Πανσανίου λόγον] De Pausania in Prolegg. et ad p. 176. A. dictum est. v. Perizon. ad Aelian. Varr. Hist. II. 21. Apud Xenophontem Sympos. c. VIII. §. 32. Socrates de eo haec narrat: καίτοι Πανσανίας γέ, ὁ Ἀγάθωνος τοῦ ποιητοῦ ἐραστής, ἀπολογούμενος ὑπὲρ τῶν ἀκρασιῶν ἀνεκλήθουμένων, εἴρηκεν, ὡς καὶ σιγάεινμα ἀλιμώτατον ἐν γένειοι ἐκ παιδικῶν τε καὶ ἐρασιῶν, quam sententiam vidimus antea Phaedro a Platone tributam esse. Collegerunt autem ex illo loco Xenophontis Thierschius Specim. de Plat. Sympos. p. 7. alique Pausaniam composuisse scriptionem eroticam, in qua puerorum cum viris consuetudinem defenderit, ad eumque librum Xenophontem et Platonem re-

spexisse, quo magis hominis ingenium, mores, et opiniones ad ipsam veritatem describerent. Et huius quidem orationis argumentum censuerunt etiam nunc a Pausania tractari, tectius id quidem et obscurius, sed ita tamen, ut intelligeretur eum pueris veniam dare amatoribus suis morigerandi, si quidem illi sese hac re virtutis propriae incrementa capturos esse arbitrantur. Sed quamvis ingeniosa sit haec suspicio; tamen, quominus eam pro vera probemus, multa impediunt. Quod enim non paucae in Platonis Symposiumo reperiuntur sententiae, quae apud Xenophontem Pausaniae tribuuntur; inde non efficitur, ut scriptionem aliquam Pausaniae amatoriam exstitisse putare debeamus, siquidem non solum a Platone, sed etiam a Xenophonte Pausaniae tributa sunt ea, quae eius ingenio et moribus digna viderentur. In qua re si hic c. VIII. §. 34. ita versatus est, ut Platonem p. 182. B.

δοκῆ, ὦ Φαῖδρε, προβεβλήσθαι ἡμῶν ὁ λόγος τὸ ἀπλῶς οὕτως παρηγγελθῆναι ἐγκωμιάζειν Ἐρωτα. εἰ μὲν γὰρ εἷς ἦν ὁ Ἔρως, καλῶς ἂν εἶχε· νῦν δὲ — οὐ γὰρ ἔστιν εἷς. μὴ ὄντος δὲ ἐνὸς ὀρθότερόν ἐστι
 D πρότερον προῤῥήθῃναι, ὅποιον δεῖ ἐπαινεῖν. ἐγὼ οὖν πειράσομαι τοῦτο ἐπανορθώσασθαι, πρῶτον μὲν Ἐρω-

D. ὅποιον δεῖ ἐπαινεῖν] Herm. in Teubn. de suo refi-
 xit ὁπίσθιον. Factum nollem. Nam duplicis Amoris distinctio
 deinceps demum affertur.

D. Ἀφροδίτη. μιᾶς μὲν οὖν οὐσης] Vett. editt. Ἀφρο-
 δίτη. ταύτης δὲ μιᾶς μὲν οὐσης. Quod dedimus, id acceptum refe-
 rimus Bodl. Par. D. Ambr. Ang. w. n. Flor. a. c. i. Vat. d. r.
 Ven. t. et, quod magni momenti est, etiam Vat. A., quem Bastius
 diserte annotavit ita scriptum habere. Praeterea ταύτης δὲ om-

aliquatenus haberet consentien-
 tem; utriusque scriptoris consen-
 sensus inde videtur explicari
 posse, quod Pausaniam constabat
 fortasse Eleorum, Thebanorum
 aliorumque populorum hoc in
 genere instituta cognita habere.
 Quod autem nos in eam deducit
 opinionem, ut non putemus ad
 librum a Pausania scriptum
 respici, illud est maxime, quod
 quae a Xenophonte tribuantur
 Pausaniae, ea magnam partem a
 Platone Phaedro adscripta esse
 videmus. cf. Xenoph. VIII. 32.
 Platon. p. 178. E. Xenoph. VIII. §. 32.
 Plat. p. 179. A. Xenoph. VIII. 34. 35.
 Quid quod Pausaniae apud
 Platonem sententia eadem fere est,
 quae Socrati apud Xenophontem
 tribuitur? Quid igitur? num
 verisimile est Platonem, si ad
 scriptionem aliquam Pausaniae
 respexisset, commissurum fuisse,
 ut eius decreta et Phaedro
 tribueret, praesertim quum illum
 ipsum convivio interesse iusserit?
 An Xenophontem putabimus
 Pausaniae sententiam Socrati suo
 tribuisse? Nimia, fateor, haec
 foret fingendi licentia, ne quid
 gravius dicam. Accedit quod
 ex illo loco Xenophontis non

potest colligi probabili ratione
 Pausaniam scriptionem eroticam
 in vulgus emisisse. conf. Groen
 van Prinsterer. Prosopogr. p. 206.
 Audiendus igitur Aethnaeus,
 qui V. 56. praefracte negat
 scriptionem eiusmodi a Pausania
 esse compositam.
 τὸ ἀπλῶς οὕτως — Ἐρωτα] Haec
 per epexegesin addita sunt,
 ut praegressum προβεβλήσθαι ὁ
 λόγος accuratius explicetur hoc
 sensu: quatenus sic simpliciter etc.
 Itaque ea cum Rückerto accusativo
 casu accipienda putamus. Non
 probanda est Homelii ratio, qui ea
 per exclamationem posita esse censuit.

νῦν δὲ — οὐ γάρ] Vide annot. ad
 Apolog. Socrat. c. XXVIII.

D. Πάντες γὰρ ἴσμεν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἄνευ Ἐρ. Ἀφρ.]
 Argumentatur hunc in modum:
 Venerem constat perpetuo uti
 socio et sectatore Amore. (Neque
 enim muliebris gratia et venustas
 masculo amore caret.) Iam una
 si esset Venus, etiam unus Amor
 esset. Quando autem duae sunt
 Veneres, etiam duo Amores sint
 necesse est. Certum est autem
 duas Veneres reperiri. Altera
 certe quidem,

τα φράσαι ὃν δεῖ ἐπαινεῖν, ἔπειτα
 ἐπαινεῖσαι ἀξίως τοῦ θεοῦ.
 Πάντες γὰρ ἴσμεν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἄνευ
 Ἐρωτος Ἀφροδίτη. μιᾶς μὲν οὖν οὐσης,
 εἷς ἂν ἦν Ἐρως. ἐπεὶ δὲ δὴ δύο ἴστων,
 δύο ἀνάγκη καὶ Ἐρωτε εἶναι.
 πῶς δ' οὐ δύο τῶ θεά; ἢ μὲν γέ
 πον προεσβωτέρα καὶ ἀμῆτωρ,
 Οὐρανοῦ θυγάτηρ, ἦν δὴ καὶ

Coisl. Par. EFK. Vat. n. s. Flor. b. et Stob. Eclogg. Phys. p. 23.
 Bekkerus οὖν omisit, in ceteris nobiscum consentiens. Dein ἦν ὁ Ἐρως Par. K. Vat. p. εἷς ἂν οὖν Ἐρως Flor. n.

ἐπεὶ δὲ δὴ δύο] δε restitutum e Bodl. Vat. A. Vind. 1. 2. Ang. w. Vat. r. Palat.

δύο τῶ θεά] V. τὰ θεά, praeter fidem codicum. Dein Coisl. Par. DK. Vat. p. ἢ μὲν γάρ πον.

ut opinor, est coelestis, altera vulgaris. Ex quo consequitur, ut etiam duplicem esse Amorem statuendum sit. Simplicissimam hanc acutarum conclusionum seriem mireris profecto viris doctis tantum attulisse molestiae, ut ad violentas correctiones confugiendum putarent. Graserus enim Adversar. p. 25 sqq. scribendum esse contendit: ὅτι οὐκ ἔστιν ἄνευ Ἐρωτος Ἀφροδίτη. Ἀφροδίτης δὲ μιᾶς μὲν οὐσης κ. τ. λ. Quae mutatio sicuti audaciae nomine displicere debet, ita nec ullo modo est necessaria. Non probabilior ratio Rückerti est, qui legendum proposuit: Ἀφροδίτη, ἧς μιᾶς μὲν οὐσης κ. τ. λ. Quasi vero ad μιᾶς μὲν οὐσης non facillime et rectissime intelligatur αὐτῆς. v. Ast. ad Phaedr. p. 431. Opp. Plat. T. X. Deinde ne quis scribendum opinetur ἢ μὲν γάρ πον προ, audias Buttmannum ad Demosthen. Midian. p. 46: „Quum quis, inquit, uno argumento vel exemplo aliquid probat, potest hoc ut sufficiens afferre: quod fit particula γάρ; potest etiam significare plura quidem posse desiderari, sed hoc unum satis grave esse: quod fit addito γέ,

Plat. Opp. Vol. I. Sect. III.

certe, saltem.“ Infra p. 215. C: ὁ μὲν γε δὲ ὀργάνων ἐκλήλει κ. τ. λ. Plura id genus ad Politic. p. 257. C. memoravimus. De Venere Urania atque Vulgiva, quae etiam vulgari iudicio videntur seiunctae esse atque diverso cultu ornatae, siquidem diversa iis oblata sunt sacrificia (v. Lucian. Diall. Meretr. VII. in. Encom. Demosth. c. 13. Pausan. IX. 16, 2. Soph. Oed. Col. v. 101. ibique Schol.) secundum Platonis sententiam disputarunt Apuleius Apolog. p. 281. ed. Oudend. Plotin. Enn. III. Lib. V. c. 2. p. 158. E. Io. Lydus de mensibus p. 89 sq. Alios laudavit Astius ad h. l. Conferas etiam Xenoph. Symp. 8, 2. ibique Bornemann. Creuzer. Symbol. I. 729. 733. Quod autem illa dicitur ἀμῆτωρ, pro magna deorum laude haberi solere, quod alterutro parente careant, docte demonstravit Wesselingius Observv. II. 10. p. 177 sqq. De Venere Vulgiva ex Iove et Dione nata v. intpp. ad Cicer. de Nat. Deor. III. 23. Creuzer. in Melett. I. p. 27. Elmenhorst. ad Apulei. p. 328 sqq. et quos laudat Bach. ad Xenoph. Sym-

οὐρανιαν ἐπονομαζόμεν· ἢ δὲ νεωτέρα Λιός καὶ Λιῶ-
 E νης, ἣν δὴ πάνδημον καλοῦμεν· ἀναγκαῖον δὴ καὶ
 Ἐρωτα τὸν μὲν τῇ ἑτέρῃ συναεργὸν πάνδημον ὀρθῶς
 καλεῖσθαι, τὸν δὲ οὐράνιον. ἐπαινεῖν μὲν οὖν δεῖ
 πάντας θεούς. ἃ δ' οὖν ἐκάτερος εἴληγε πειρατέον
 εἰπεῖν. πᾶσα γὰρ προᾶξις ὧδ' ἔχει· αὐτὴ ἐφ' ἑαυ-
 181 τῆς πραττομένη οὔτε καλὴ οὔτε αἰσχρά. οἷον ὁ νῦν
 ἡμεῖς ποιοῦμεν, ἢ πίνειν ἢ ἄδειν ἢ διαλέγεσθαι, οὐκ
 ἐστὶ τούτων αὐτὸ καθ' αὐτὸ καλὸν οὐδὲν, ἀλλ' ἐν
 τῇ πράξει, ὡς ἂν παραχθῇ, τοιοῦτο ἀπέβη· καλῶς
 μὲν γὰρ πραττόμενον καὶ ὀρθῶς καλὸν γίνεται, μὴ

E. ἐπαινεῖν μὲν οὖν δεῖ — πειρατέον εἰπεῖν] Ba-
 stius conl. ἐπαινεῖν μὲν οὖν οὐ δεῖ πάντας θεούς. ἃ δ' οὖν ἐκ.
 Orellius ad Isocr. p. 326. l. c. verba ἐπαινεῖν μὲν οὖν δεῖ π. θεούς
 ex glossemate orta putat.

P. 181. ἐφ' ἑαυτῆς πραττομένη] Participium πραττομένη
 om. Proclus Comm. ad Alcib. l. P. l. p. 215. Creuz., nec expres-
 serunt Gellius N. A. XVII. 20. et Ficinus. Delendum censuit
 Astius; iniuria.

αὐτὸ καθ' αὐτὸ καλὸν οὐδὲν] καθ' αὐτὸ om. Bodl. Vat.
 A. Ven. E. Vind. 2. Par. DK. Ang. w. Vat. d. p. r. et pr. Ambr.
 Ven. t. Nolui expungere, quum ad perspicuitatem orationis ali-

pos. VIII. 19. Ceterum vix est
 quod moneam totum hoc argu-
 mentum a Pausania ita tractari,
 ut fabulas de Amore et Venere
 pro consilio suo mutaverit ei-
 que accommodaverit.

καὶ Ἐρωτα] Duo Amores
 quod distinguuntur, non abhorret
 hoc ab opinione vulgari. v. Lu-
 cian. Amor. §. 37. Plut. Erot.
 Vol. IX. p. 62. ed. Reisk. Et
 Socrates quoque apud Xenoph.
 Conv. VIII. 10. rem non im-
 probat.

E. ἐπαινεῖν μὲν οὖν δεῖ
 πάντας — εἰπεῖν] Nolumus
 narrare varias hominum docto-
 rum de his verbis opiniones,
 ex quibus ne una quidem nobis
 probatur. Satius erit loci sen-
 tentiam declarasse, quae haec
 est: Laudare omnes deos
 oportet; verum tamen

quae uterque Amor pro-
 pria habeat, id explican-
 dum est. Discernendus est
 enim Amor vulgaris ab Amore
 coelesti, ut ne alterius laudes
 temere in alterum transferantur.
 Particulas δ' οὖν ita positas
 videbis infra p. 193. C. Theaet.
 p. 197. B. al. v. Hartung.
 Part. II. p. 13.

αὐτὴ ἐφ' ἑαυτῆς πραττο-
 μένη] Participium πραττομένη
 h. e. dum vel quatenus fit,
 s. peragitur, hic ponitur,
 quo magis emergat vis adver-
 biorum in proximis: ὡς ἂν
 παραχθῇ καλῶς μὲν γὰρ πραττό-
 μενον καὶ ὀρθῶς. Hoc autem
 vult dicere: non ipsam actio-
 nem et per se spectatam esse
 vel honestam vel turpem, sed
 modum et rationem, qua quid-
 que fiat, ei honestatis vel tur-
 pitudinis notam asserre, itaque

ὀρθῶς δὲ αἰσχρόν. οὕτω δὴ καὶ τὸ ἐρᾶν καὶ ὁ
 Ἐρως οὐ πᾶς ἐστὶ καλὸς οὐδὲ ἄξιος ἐγκωμιάζεσθαι,
 ἀλλ' ὁ καλῶς προτρέπων ἐρᾶν.

Cap. IX. Ὁ μὲν οὖν τῆς πανδήμου Ἀφροδίτης
 ὡς ἀληθῶς πάνδημὸς ἐστὶ καὶ ἐξεργάζεται ὅ τι ἂν B
 τύχη· καὶ οὗτός ἐστιν, ὃν οἱ φαῦλοι τῶν ἀνθρώπων
 ἐρῶσιν. ἐρῶσι δὲ οἱ τοιοῦτοι πρῶτον μὲν οὐκ ἦττον
 γυναικῶν ἢ παιδῶν, ἐπειτα ὧν καὶ ἐρῶσι, τῶν σω-
 μάτων μᾶλλον ἢ τῶν ψυχῶν, ἐπειτα ὡς ἂν δύνων-
 ται ἀνοητοτάτων, πρὸς τὸ διαπραξάσθαι μόνον βλέ-
 ποντες, ἀμελοῦντες δὲ τοῦ καλῶς ἢ μῆ. ὅθεν δὴ

quantum valeat et exp. 183. D. plurimum habeat defensionis. Her-
 mann. tamen ut importunum interpretamentum expunxit; uncis cir-
 cumscripserunt Turicenses. De glossemate importuno non assen-
 tior. Immo auctor recensionis, quam codd. illi referunt, verba
 videtur importunius delevisse, ne scilicet post ἐφ' ἑαυτοῦ iam male
 videretur καθ' αὐτὸ illatum esse. Flor. a. b. c. i. αὐτὸ καθ'
 αὐτὸ τὸ καλόν.

B. ὅ τι ἂν τύχη] V. soloece τύχει, invitis codd. fere om-
 nibus.

δύνωνται ἀνοητοτάτων] Par. K. Vat. p. Vind. 1. 7. ἀνοη-
 τώτος, quod coniecit Schützius.

αὐτὸ καθ' αὐτὸ est per se
 spectata, nec iam habita
 ratione modi, quo pera-
 gatur. Mox οἷον ἀπέβη est
 qualis evadit. Mira enim de
 hac loquutione somniat Hom-
 melius, qui de proverbio ne-
 scio quo cogitavit.

B. ἐξεργάζεται ὅ τι ἂν
 τύχη] Intell. ἐξεργαζόμενος.
 Sic mox B: ἐμβαίνει αὐτοῖς ὅ
 τι ἂν τύχῃσι, τοῦτο πράττειν.
 Crito p. 45. D: ὅ τι ἂν τύχῃσι,
 τοῦτο πράξουσιν. Protagor. p.
 353. A. Aristoph. Rann. v.
 155: οὐκ ἐλήροιν ὅ τι τύχοιμι.
 — οὐκ ἦττον γυναικῶν. De
 mulierum contentu apud Grae-
 cos, imprimis apud Athenien-
 ses, v. Meiners vermischte
 philosophische Schriften. T. I.
 p. 80. sqq.

ὡς ἂν δύνωνται ἀνοητο-

τάτων] Quam insipientissimos
 amare dicuntur, quoniam hi se
 amatoribus tradunt facilius. Quo-
 circa talis amator in Phaedro
 p. 239. A — C. dicitur amatum
 ab iis omnibus avocare et re-
 tinere, quorum usu possit eva-
 dere sapientior. Hanc loci sen-
 tentiam qui non perspicerent,
 scripserunt ἀνοητίως, h. e. im-
 purissime; v. ad Aristoph.
 Nubb. v. 416. Quod etsi per
 se non displicet, sicuti olim
 placuit, tamen quum postea
 melioris naturae amator dicatur
 τὸ νοῦν ἔχον μᾶλλον ἀγαπᾶν nec
 prius amare pueros ἢ ἐπειδὴν
 ἦδη ἀρχονται τοῦν ἰσχυεῖν, quid
 hic verum sit, vix dubitare li-
 cebit. Istud διαπραξάσθαι de
 re venerea intelligendum est, ut
 Phaedr. p. 234. A. 256. C. Xe-
 noph. Symp. IV. 18. Plu-
 tarch. Alcib. p. 210. E. al. Ad

ξυμβαίνει αὐτοῖς, ὃ τι ἂν τύχῃσι, τοῦτο πράττειν, ὁμοίως μὲν ἀγαθόν, ὁμοίως δὲ τούναντιον. ἔστι γὰρ
 C καὶ ἀπὸ τῆς θεοῦ νεωτέρας τε οὔσης πολὺ ἢ τῆς
 ἑτέρας, καὶ μετεχούσης ἐν τῇ γενέσει καὶ θήλεος καὶ
 ἄρρενος. ὁ δὲ τῆς οὐρανίας πρώτον μὲν οὐ μετεχού-
 σης θήλεος, ἀλλ' ἄρρενος μόνον — καὶ ἔστιν οὗτος
 ὁ τῶν παιδῶν ἔρωσ — ἔπειτα πρεσβυτέρας, ὕβρεως
 ἀμοίρου. ὅθεν δὴ ἐπὶ τὸ ἄρρεν τρέπονται οἱ ἐκ τού-
 του τοῦ ἔρωτος ἐπιπνοὶ, τὸ φύσει ἐρόωμενέστερον καὶ
 νοῦν μᾶλλον ἔχον ἀγαπῶντες. καὶ τις ἂν γνοίη καὶ

C. ἐκ τούτου τοῦ ἔρωτος] Articulum vulgo omissum sup-
 peditarunt codd. tantum non omnes.

D. ἀλλ' ἐπειδὴν ἡδὴ ἀρχονται] Bekkerus de Stephani
 coniectura edidit ἀλλ' ἢ ἐπειδάν.

τοῦ καλῶς ἢ μὴ rursus intelli-
 gas διαπραΰσασθαι. v. ad Phae-
 don. p. 114. B.

ἔστι γὰρ καὶ ἀπὸ τῆς
 θεοῦ] Intell. ὁ πένθημος ἔρωσ.
 Deinde πολὺ referas ad νεωτέ-
 ρας: in qua verborum colloca-
 tione ne offendas, conferas Al-
 cibiad. II. p. 143. D: ἀλλὰ μᾶλ-
 λον πολὺ. Legg. VII. p. 818. B:
 εὐθηστάτος ἐστὶ μικρῶ. Po-
 litic. p. 275. C: ὁμοίως τε εἴ-
 ναι μᾶλλον πολὺ τὰς φύσεις. ubi
 vulgo legebatur πολὺ μᾶλλον.
 Ibid. p. 288. A: ἀλλὰ μᾶλλον
 πολὺ τεκτονικῆς. Gorg. p. 488.
 E. Phileb. p. 19. A. Supra p.
 180. A: ἔπειτα νεώτερος πολὺ,
 ubi cod. Darmstadt. πολὺ per-
 peram omittit. Phaedon. p. 90
 A: τὰς χρηστοῦς καὶ πορητοῦς
 σφόδρα, ubi v. annot. edit. 3. Nimi-
 rum postponitur πολὺ ideo, quia
 νεωτέρας vi et gravitate sua
 eminent.

C. καὶ ἔστιν οὗτος ὁ τῶν
 παιδῶν ἔρωσ] Inserviunt haec
 verba illustrandis postremis ἀλλ'
 ἄρρενος μόνον. Iniuria igitur ea
 pro inepto glossemate habue-
 runt Wolfius, Schuetzcius,
 Astius. Neque scrupulum in-

licit, quod Pausanias deinceps
 rem uberius illustrat verbis:
 ὅθεν δὴ ἐπὶ τὸ ἄρρεν τρέπονται
 κ. τ. λ. — ὕβρεως ἀμοίρου.
 In hoc asyndeto nil est quod
 habeat offensionem, ut non as-
 sentiamur Astio, qui ὕβρεως
 τ' ἀμοίρου scribendum censet.
 Multo minus autem probamus
 quod Orellius ad Isocrat. de
 Antidos. p. 326. legendum pro-
 posuit, ὕβρεως ἀμοίρος. v. ad
 Phaedon. p. 110. D. ed. rec.
 Remp. II. p. 350. D. Dicitur
 autem Venus Urania libera et
 immunis esse a petulantia et li-
 bidine illa, quae Veneri Vulgi-
 vagae propria sit. Ceterum
 post πρώτον μὲν intell. ἐστίν,
 quod Rückerti gratia mone-
 mus in verborum structura sine
 causa haerentis.

D. οὐ γὰρ ἐρωῶσι παίδων,
 ἀλλ' ἐπειδὴν ἡδὴ] Non as-
 sentior Stephano ἢ post ἀλλ'
 inserendum putanti. Nam senten-
 tia haec est: non enim amant
 pueros (tanquam pueros), sed
 amant eos, quum iam sapere
 incipiunt. Quocirca οὐκ
 ἐρωῶσι ὡς ἂν δόνωνται ἀνοητοτά-
 των, quod in vulgares istos ama-

ἐν αὐτῇ τῇ παιδευασίᾳ τοὺς εἰλικρινῶς ὑπὸ τούτου
 τοῦ ἔρωτος ὠρμημένους. οὐ γὰρ ἐρωῶσι παίδων, ἀλλ' D
 ἐπειδὴν ἡδὴ ἀρχονται νοῦν ἴσχειν· τοῦτο δὲ πλησιά-
 ζει τῷ γενειάσκειν. παρεσκευασμένοι γὰρ, οἶμαι, εἰ-
 σὶν οἱ ἐντεῦθεν ἀρχόμενοι ἐρᾶν ὡς τὸν βίον ἅπαντα
 ξυνεσόμενοι καὶ κοινῇ συμβιωσόμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐξα-
 πατήσαντες ἐν ἀφροσύνῃ λαβόντες ὡς νέον καταγε-
 λάσαντες οἰχήσεσθαι ἐπ' ἄλλον ἀποτρέχοντες. χρῆν
 δὲ καὶ νόμον εἶναι μὴ ἐρᾶν παίδων, ἵνα μὴ εἰς ἀδη-
 λον πολλῇ σπουδῇ ἀνηλίσκετο· τὸ γὰρ τῶν παιδῶν E

E. σπουδῇ ἀνηλίσκετο] ἀναλίσκειτο Par. DK. Vat. p.
 Vind. 7. male. Pro παίδων Marklandus ad Lysiam p. 43. ed.
 Reisk. T. V. παιδας legendum proposuit. Frustra.

tores cadere antea ostendit Pau-
 sanias. Ita παῖδες in verbis μὴ
 ἐρᾶν παίδων, ἵνα μὴ κ. τ. λ.
 sunt pueri adhuc impru-
 dentes et immaturi. — τῷ
 γενειάσκειν, nam pubertas
 est ἡβη χαριστάτη, ut ait Ho-
 mer. Od. X, 279.

ἐν ἀφροσύνῃ λαβόντες] Sententia haec est: nam qui
 inde ab hoc tempore ama-
 re incipiunt, ii se ita com-
 paraverunt, ut velint per
 totam vitam cum amasio
 suo versari, non quum
 eum, quippe quem depre-
 henderint iuvenem, im-
 peritum et imprudentem,
 sefellerint ac deceperint,
 cum risu et contemptu ad
 alium aufugere. Participio-
 rum cumulatio effecit, ut locus
 non recte intelligeretur. Tenen-
 dum igitur verba ἐν ἀφροσύνῃ
 λαβόντες ὡς νέον arcte cohaere-
 re cum praecedenti οὐκ ἐξαπα-
 τήσαντες eique explicando et
